Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Nicolaus Schütze Albert Willebrand

Conclusiones Iuridicae De Nobili Morae Materia Eiusq[ue] Gravissimis effectibus ac purgatione

Rostochii: Kilius, 1637

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73165806X

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Aufschub

R. U. jur. 1637.
Schütte-Willebrandt. /01

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73165806X/phys_0001
DFG

CONCLUSIONES JURIDICÆ
De

NOBILI MORÆ MATERIA EJUSQ; GRAVISSIMIS effectibus ac purgatione.

Duppl. 113
118

Quas

AUSPICE CHRISTO

Decreto & approbatione Nobiliſsimi & Ampliſsimi Ictorum ordinis in illuſtri Roſarum Academia,

PRÆSIDE

Viro Ampliſsimo Conſultiſsimo ac Excellentiſsimo

Dn. NICOLAO SCHUTTEN

U. J. D. Codic: Prof: publ: & facultatis Juridicæ p. t. Vicedecano ſpectabili.

Pro ſummis in utroq; jure honoribus ac privilegiis Doctoralibus legitimè conſequendis,

Publicæ diſquiſitioni in Auditorio Majori ſubijcit

ALBERTUS Willebrandt/ Roſtoch.

Ad diem menſis Januar.

Horis ante & pomeridianis

ROSTOCHII,

Typis exſcripſit NICOLAUS KILIUS, Acad. Typ.

M. DC. XXXVII

1637

Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73165806X/phys_0004
DFG

QUod omnes ferè facere adsolent qui rem quandam tractandam suscipiunt, ut illius argumenti commendationem inde mutuent, quod dicant præsentem materiam utilem & quotidianam esse, ut in simili ait Rittersh: in Exposit. Novell. par. 6. t. 9. n. 1. id ipsum in præsentiarum de hac nostra juris materia Morx meritò affirmare possum, Ejus enim proficuam utilitatem, in quotidiano usu, si operosè multis ad oculum demonstrare animus esset, omnes penè paginas complerem, quod uti ab instituto nostro alienum, ita necesse est eũ hodie demũ hujus mundani Palatii speculatorem ac incolam factum esse, qui maximum ejus & in Theorico & in Practico juris nostri stadio, usum inficiabitur, sed cum juxta Ciceronem, quod præclarum etiam arduum esse soleat, non immerito hanc materiam, si aliis asperis, confragosis, salebrosis & subdifficilibus controversiis palmam non præripit, dubiam tamen & ambiguam, mecastor, eam facere vere quis dixerit: Ut proindè quod olim haud nurò in arduis & difficilibus sibi non liquere pronunciabant, imo jumbant judices l. 36. ff. de re judicat: & de seipso in nodosa quæstione fatetur Agellius Lib. 14. Noct. Attic. c. 2. annon hodierno judici in hac materiâ obventurum sit, nescram, Tanta enim, cum magno & multo ejus effectu, circumstantiarum varietas, ut mirè Dd: semper torserit, quid justum ne cunctatori sua prosit nec alteri noceat mora? quid & in quantum æqvum si aliqua subsit causa? Certâ enim regulâ hoc ipsum determinari nequit, inquit Ictus in l. 32. de Vsur: Nam ut Chamelion Africus colorem subindè mutat, ita facta, circumstantiarum intuitu, aliter atq; aliter sese habere possunt, quas tam varias Natura properat edere, ut, si nulla alia, certè hæc ipsa materia moræ, magni Icti Duareni sententiam (nihil in civitate tàm diligenter, quàm Jus civile, retinendum, quo sublato, nihil est, quare hoc exploratum cuiquam possit esse, quid suum aut quid alienum, nihil est, quod æquabile inter omnes, atq; unum omnibus esse possit, uti pl. hoc ipsum exemplis persequitur, L. 1. Disp. C. 41 in fin.) mirè corroborare possit, ex Jure enim, tanquam ex arte æqui & boni l. 1. de Iust. & Iur. non ex cujusq; cerebello, (uti nonnulli somniarunt) omnes, qui se circa hanc rem offerunt casus, prudenter sunt decidendi, quæ & qualis sit mora? quomodo committatur? quomodo purgetur? qui effectus? ex Jurispr: subtili animo diversitatis rationes executiendo, ut monet Imp. Justinianus in l. 2. §. 15. C. de V. I. E. inquirendum. Sed missis hisce, frustra quippe essem, si plura anteloquii loco afferre averem, nulla tuba, nulla taratantara hic opus, Sol enim facibus illustrari non indiget c si omnia 6. q. 1 arg: l. 1. de in integr. rest. Hanc materiam utilem, quotidianam & per totum Jus nostrum dispersam, dum certis positionibus, eo, quo dixi, ordine comprehendere & more Academico proponere annitor, Te summum Imperatorem supplex oro:

Adsis præsidio, duc me, viresq; ministra,
Da facilem cursum, atq; audacibus annue cœptis.

IN omni merito tractatu rerum potior, verborum tamen prior ratio haberi debet *l. 1. de R. C. l 1. §. 2 de susp. tutor. l. 7. in fin. de suppel leget:* Quod pluribus docent, *Arist L 6. top. c. 1. & 6. Everh. in topic. legal. præamb. n. 24. Joh à Rebert. 1 top. leg. 5. Scalig. Exercit. 1 in pr.* Sicut enim natura ab elementis sic ars & omnis disciplina à vocabulis incipere debet *Bl. in l. 5. de bon. liber.* ne ex neglectu verborum rerum oriatur incertitudo *Oldend. cl. 4 act. mand quem refert Jac. Rickius in tr. de union prol c. 1. n. 1, Ruland. de commiß. L. 1. c. 2.*

2. Est enim sine vocis ambiguæ distinctione velle ad rei consiserationem venire, idem, ac velle tempus perdere, uti ex *Galen. c. 3. de puls. differ. & L. 1. c. 5. de meth. medend.* liquet, plurima quippe vocabula, pro diversitate respectus, aliter atq; aliter sunt interpretanda, ita ut verba licet generalia, temperanda & coërcenda tamẽ juxta naturam, conditionem & qualitatem rei, de qua proferuntur, ut pulchre declarat *Zas. 1. resp: sing. 6. Cacher. decis 169. n. 4.* Cum subjecta materia verborum amussis & canon indubitatus censeatur *arg. l. 15. §. 4. verb. sed etsi ff. de locat. Wes. in æ. de J. & J. n 3.* & talia sint subjecta, qualia permittuntur esse à prædicatis *fac. l 3. pr. ff. de instr. vel instrum. leg. Wes. cum alleg. d. loc.*

3. Ne nos igitur in limine disputationis nostræ aberremus, & illotis qs. manibus, ut loquitur JC. Cajus *in l. 1. de O. J.* protinus materiam ipsam, parum de antedictis solliciti, tractandam suscepisse videamur, tàm Philosophorum monita, quàm JCtorum præcellentissimorum Gaij, Marcelli, Pauli, Papiniani, Ulpiani, Pomponij & aliorum, in infinitis sparsim legibus *& t t de V. S* exempla secuti, pauliſper subsistemus & à nominali moræ contemplatione, summâ tamen brevitate, nostrum initium faciemus.

4. Et primum quidem ad Etymologiam properandum esset; Sed cum ea non semper magnopere consideretur, ut ex *Vasq. L. 3. ill. contr. c. 3. n. 20* refert *Warem. ab Erenberg. def æd. c. 3. n. 39* Sed senatui populoq; Grammaticorum, ipsiq; pertinacibus Grammaticis sit relinquenda, *Dd. in l. f. C. de constit. pec. & in rubr. solut. matr. Waren. ab Erenb. d. l.* Non enim nimis morosi & superstitiosi

Etymologia

ubi

ubi de re constat, esse debemus *Gœhauf. peric. Acad. 6. q. 41.* itaq; nihil hic immorabimur, præsertim cũ ea in aprico sit, ut præstet tacere quàm Domitiana quædam proferre

Prendere quæ possis oculorum lumine aperto.

Homonymia.

5. In **Homonymis** semper solertiores Juris interpretes sunt atq; fuerunt. Nam cum variæ sint pro variis etiam circũstantiis variè accipiendæ res, paupertas autem linguæ non suppeditet copiã satis fertilem, ut singulæ res singulis appellationibus determinẽtur, factum, ut unum idemq; vocabulum varia in Jure nostro admittat significata, & pro subjectâ materiâ aliter atq; aliter accipiatur *Rittersh comm. inst. pr. de injur.*

6. Cum autem juxta Philosophos, errorum genetrix controversiarum procreatrix illa dicatur *Cic. ad Heren.* vocem efficiens quasi non vocem; nihil enim certi significat, aut menti repræsentat *Alsted. Syst. Log. L. 1 c. 6.* Sed parit, si non tollatur, nominis & rerum confusionem, quæ merito fœda ab Imp. Justiniano *in l. f. C. de leg. tutor.* nominatur, quasdam moræ acceptiones afferre operæ pretium erit, quo patescat, in quonam significatu noster totus exaudietur discursus.

Triplicitèr accipitur.

7. **Triplici acceptione** morã apud Juris nostri authores reperiri sedulò annotarunt *Salic. Sadolet. Jas. Decius Hier. Butigel. ad l. 5. de R. C. & alij* quos refert *Dn. Arum: de mora cap. 1. n. 3.* **Primò** quidem in. pl. Juris locis sc. *in §. 1. j. de Us. & habit. l. 3. ff. de senat. l. 2. §. 4. de his qui not. infami: l. 2. de serv. exp. l. 20. de ann. legat. l 13. §. 1. l. 20. §. 1. de alim. leg. l. 2. C. de incol. l. 1. C. legat.* Pro habitare, commorari, manere, accipitur, & sic quoq; à probatissimis auctoribus usurpatur: Sed utut verbum illud ita usu valeat, nomen tamen declinabile moræ pro habitatione vel prædicto in sensu positum inveniri hactenus nondum liquet.

8. **Sæpissimè** autem nomen moræ latè non modo à Classicis scriptoribus sed & à JCtis pro lapsu temporis, cessatione & dilatione etiam absq; culpa sumi manifestum redditur *ex l. 21. de judic. l. 38. § 6. de Usur. l. 1 §. 8. ad L. Falcid. l. pen. de vi & vi arm: auth. sed & lis C de temp. appell* Unde moratoria cautio *l. 5. § f. ff. de cens ib.* cunctatio *l 7. §. 1. de admin. tutor,* ambages *l ult. C de compens.* Et quod nostro hoc seculo maximo abusu, non sine multorũ cordolio & extremâ pernicie, invaluit, moratorium indultum, de

de quo Dd *ad l. 2 & 4. C. de prec. imp. offer.* Coler, *de proceß. execut. Matth. Steph. de jurisd. & alii quos laudat Hillig. ad Donel 22. comm. 9. lit. d* Noviß. *prolixè* Wilhelm. Anton *in tr. de reſcript. morat.*

3 9. Tertio reſtrictive accipitur vox moræ tantum pro culpandâ & ll. improbatâ cunctatione, quam debitori non prodeſſe, nec creditori obeſſe æquiſſimum eſt & hinc fit, quod ſæpiuſculè mora pro non morâ habeatur. *text. in l. 27. de V. O. l. 88. de R. I. l. 21. & ſeq. de Uſur. l. 63. de R. J.* Atq; in hoc poſteriori ſenſu, quoties de mora ejuſq; effectu Jcti diſputant, accipitur *Ferret de mora n. 4. Arũ d. loc. n. 9* Hinc *Donel. 16. comm. 2.* mora eſt generatim omnis dilatio etiam juſta, in uſu juris tantum injuſta.

Synonymia 10. Synonymorum voculæ moræ in genere acceptæ, non certè cara eſt annona, dicitur enim intervallum temporis, cunctatio, dilatio, ceſſatio, tergiverſatio, tarditas, procraſtinatio, fruſtratio, quæ ex lexicographis, quibus lubido eſt, peti poſſunt, nobis hic diutius immorari materiæ amplitudo non permittit.

Definitio. 11. Expeditis itaq; hiſce, ordinis ratio hortatur, ut per definitionem ingreſſum in rem faciamus *Bl. in proœm feud. n. 8* Cagnol. *ad l. 202. de R. J.* quæ enim à ratione ſuſcipitur de re quadam tractatio, debet ab eâ proficiſci, ut intelligatur, quid ſit id, de quo diſputatur, monet *Cic. 1 Offic.* cujus rei pulcherrimæ rationes à *Bodin. de republ. L. 1. c. 1. L. 3. c. 7. Arithm. peric. Acad. 3 Diſp. 8 th. 1.* Montan *de tutel. c. 2. pr & aliis* afferuntur.

12. Moram a. in Jure noſtro definiri poſſe *per l. 32. de Uſur*, planè negant, & pernegant magni nominis Jcti. *Peck.* hoc nec ipſum Jctum auſum fuiſſe facere affirmat in *c. mora n. 1. de R. J: in 6.* Et *Ferret.* rectius feciſſent, inquit, noſtri, ſi ſuſtinuiſſent perſonam ſuam h. e. interpretum, conſentientis intelligentiæ verbi, cujus definitio non eſt de nihilo omiſſa à Jcto, *de morâ n.* 10.

13. Sed cum aliud eſt quærere de eſſentiâ moræ quaſi in abſtracto, aliud, quando in ſingulis cauſis & caſibus mora cõmiſſa dicatur, ut rectiſſ: poſt *Coraſ. 2. miſc. 6 n. 1.* monet *Bacchov, ad Tr. V. 2. D. 3. th. 6. lit. A.* ut poſteriori modo, ubi de facto quæritur, certâ regulâ, quâ pl. rerum breviter, ſummatim & abſolutè fiat traditio, *Coraſ d. l.* quæ & definitio dicitur *l. 22. §. 1 quand. dies leg.* decidi non poteſt, ita, ut ejus definitio ad Judicem potius ſpectet, & virum bonum

num, quàm ad JCtum *Cujac. in l. 23. de V.O.* ita contrà priori modo, tot extiterunt tam priscorum quam recentium Dd. definitiones, quot dies in anno, nec ullus tam felici sidere eam edidit, ut non â multis suggillata atq; aliquid in eâ desideratum fuerit.

14. In tanta Dd. varietate, nescio, cui dicam, tu mihi solaplaces, non tamen hic planè subsistendum, nec nimis superstitiosè inquirendum, ut cum Duareno integrum annum consumpsisse videamur, quod de seipso fatetur *in pr. ff. de Judic* Lubet, tametsi non omnibus muneris absolutissimâ Dialecticâ definitione (quod ipsum ex Galen. *Duaren. in tit. de probat c. 2. & alii non incelebres Jcti* non adeo necessarium putant) descriptione tantum, *Nostra*

Nullius addictus jurare in verba magistri

moram facere, quod sit frustratio. *l. 3. §. f. de usur l. 37. in fin. mand. l. 31. §, 2 de neg gest l. 89 in fin. ad* L. *Falcid.* debitum non solventis *l. 32. de Usur. junct. l.* 176 *de U.S* vel recipientis *l. 17. de per. & com. rei vend. l. 9. sol. matr. l. 72 pr. de solut. l.* 19. C. *de usu l. 2.* C. *de jur. Emphyteut.* sine ulla legali causâ vel gravi impedimento *l. 3. §. 3. de act. empti l. 21. de Usur Syr. c. 29 v 6.*

15. Dixi esse frustrationem, quod nomen generale est & pl. suo ambitu complectitur *Briß.* L. 6 *de V.S. verb. frustrari.* Sed cum ea possit injuriosa & iniqua respectu creditoris videri, à parte autem debitoris non item injusta, & contra, addenda fuerunt sequentia: sine ullâ legali causâ vel gravi impedimento, quę multa esse possunt, ut, si nonopportunè solvat, vel non legitimè interpellatus sit vel juste ad judicium provocet, & si quæ sunt alia, de quibus in subseq; agemus.

16. Per verba, non recipientis, creditoris moram potius indigitare, quam omittere voluimus, quod facit etiam *Cujac. ad l. 23. de V.O in pr* licet *Bachov. d. D. 3. th. 6. lit. A.* respectu debitoris tantummodò eam definiri velit, tum, quia in personâ creditoris rarũ, & quasi irregulare sit, tum, quia in debitore omnis effectus moræ potentius sese extendat; cum tamen inficias ire quis nequeat, maximam quoq; creditoris moræ in Jure haberi rationem, nec minus nocumento eam sæpè esse, indeq; effectus ejus non exigui, in sistendo cursu Usurarum *l.* 19. C. *de Usur.* interitu & periculo rei, *l. 19 l. 72. de solut.* nullã propterea reprehensionem merebimur, cum in Jure non infrequens, ut definitioni implicitè insit divisio, *fac. l. 1. §. 2. ff. de postul.*

17. Ge-

Committitur tàm à debitore quàm creditore.

17. Generalibus hisce præmissis, nostrarum erit partium ad specialiora progredi, & quidem, cum, uti diximus, ab utroq; tàm **creditore** quam **debitore** mora committatur, de hujus injustâ tergiversatione, undè illa deprehendi & æstimari debeat, primò omnium, cum sint ferè homines ad accipiendum, quàm dependendum faciliores, quædam afferre.

Debitoris moræ causæ.

18. **Unicam** hujus **causam** *Bachov. d. l. lit.* C. in genere, dicit esse interpellationem, quam rursus in propriam, utpote, quæ fit verbis per actum & admonitionem creditoris, & in impropriam, quæ citra factum creditoris vel à die, vel à lege inducitur, dispescit.

19. Sed cum distributio hæc subtilis magis quam necessaria, vereor, ne sub manibus evanescat, præsertim, cum eam, quam per interpellationem à lege facit, propriè moram ex re fieri fateatur, moræ autem ex re causam non esse interpellationem, sed à morâ per interpellationem causata expressè distingui patet ex *l. 32. de Vsur.*

20. **Tres moræ causas** *Joan. Althus. in Dicæolog. L. 1. c. 67. n. 8.* cum *Donell. 16. Comm 2.* constituit, interpellationem creditoris contemptam, diem solutioni & præstationi præfixum transmissum, & occupationem rei alienæ cum mala fide ab initio. Qui si diem solutioni præfixum intelligant, vel expressè vel tacitè, à legibus in quibusdam causis & negotiis singulari Jure adjectum, næ illorum sententiæ subscribere haud dubitamus.

Alia ex persona, alia ex re.

21. Cum a, commodissimum sit, singulas causas singulis appellat: distingui *§. 5. J. quib. mod. test infirm* & ut consequentia nomina rebus sint, studendum *§. 3 J de donat.* ex ipsis LL. verbis, moram dicimus aliam ex re esse, aliam ex persona *d. l. 32. de Vsur.* quarum illa magis auctoritate Juris, quàm facto consistit, *Cujac. 13. O. 14. Gædd. de contrab. vel comm. stip. Hunn. ad Tr. V. post. D. 3. thes. 6. lit.* C. *in pr.*

Regularis vel irregularis.

22. Magistrales tamen termini, ad intelligenda Dd. scripta cum minimè sint negligendi, sed loquendum cum vulgo, nec captanda verba, communis siquidem loquendi usus magis observandus & attendendus, quam verborum proprietas *arg. l. 52. §. 4. de leg. 3.* loqui enim neq; intelligibiliter loqui, est non loqui, ait *Bl. in l. 123. §. 1. n. 2. de leg. 1.* quapropter sciendum, hanc, quæ ex persona, ordinariâ & regulam, illam, quę ex re oritur, extraordinariâ vel irregularę passim ab interpp. nominari *Molin: de Vsur. q. 40. n. 305.* & pro Synonymis usur-

usurpari minimè a. specierũ diversitatẽ significare *Borch. de V.O. c. 7.*

23. Mora ex personâ (quæ propriè, uti diximus *suprà* th. 21. pro morâ habetur, ideoq; priùs consideranda) dicitur, non quod personæ adhæreat, nec ad hæredem transeat, id n. falsum *infra th. 42.* probabimus: Nec quasi ex vitio & culpâ personæ, i. e. debitoris, ut putat *Althus. d. loc. n. 14.* Sic n. & mora ex Re ita vocanda veniret, culpa n. debitoris in utrâq; intercedit, quod tn. nec ipse Althus. puto concesserit, cum expressè hæ species distinguantur *l. 32. de usur.* Sed potius exinde à legibus ita nominatur, quod ex interpellatione personæ, quæ debet, & cuj debetur nascatur: quo etiam collimat *Cujac. ad Afric. tr. 8. ad l. 27. de Usur.* *Mora ex persona, undè dicatur?*

24. Est itaq; vera hujus moræ causa interpellatio *d. l. 32 l. 23. de V.O. l. 24. quand. dies legat.* i. e. admonitio faciendi vel solvendi, ejus quod debetur *Cujac. ad Afric. d. loc.* quam ipsi debitori, non ejus filio, servo vel etiam procuratori *d. l 32. §. 1. de usur.* nisi ab eis verè certioratus sit *l. 20. §. 11. de hæred. petit.* tàm ab ipso creditore fieri, quàm à procuratore nomine ejus, vel qui negotia ejus gerebat, cum non quid acquiratur, sed officium tantum impleatur, manifestum est ex *l. 24. §. fin. l. 32. §. 1, de usur. l. 15. de pec. constit. d. l. 20. §. 11. PecK: in c. mora n. 5. de R. I. in 6. fac. quoq; l. 3 quod vi aut clam l. 17. §. 4. ad L. Jul. de adult:* *ejus causa interpellatio quæ*

25. Fit a. interpellatio hæc vel expressè vel tacitè, illo modo rursus vel judicialiter, vel extrajudicialiter. Quæ cum singularem in Jure usum habeant, diligentiori trutinâ sunt consideranda. *arg: l. 25. vers. & plenius rogo, ff. de liberat. legat. l. 1. de suspect. tut.* *vel expressa*

26. Expressa judicialis interpellatio est, quãdo per judiciariam viam debitum petitur, quamvis n. non facilè evenire possit, ut, morâ non præcedente, perventatur ad judicem, ut ait vir excelsi ingenij Papinianus *in l. 3. pr. de usur. arg. l. 13. verbis: quâ de re volo cum Hibero loquaris, ne rem illicitam facias ff. de S. V. P. c. novit, de Judic:* hodiè tn. infrequens non est, cum sine denunciatione, seu interpellatione, actiones nostras intendere possim *9 §. 15. J. de act:* *tàm judicialis.*

27. Judicio igitur legitimè per litis contestationem constituto, cum per eam qs. ad judicialem concertationem descendatur, judiciumq; incipiat habere formam contradictoriam, ut ex Bl. refert *Obrecht. tr. de lit. contest. c. 1. n. 8.* dubio caret planè omni, eam, si petulanter fiat, moram inducere, effectibusq; locum facere *l. 1. l. fin. C. de Usur & fruct: legat.* eo ipso n. debitor reus morã facit; ꝙ mavult litigare, quã solvere *l. 82. fin. ff. de V.O. Obrecht. d. tr. c. ult. n. 68.* *Litis contestatione:*

Libelli oblatione

28. Sed de eo maximè controvertitur, num per libelli oblationem debitor in morâ constituatur, *Decius in l. 22. n. 14. quem ibidem sequitur Bolognet: n. 46. ff. de R. C. Lindem tr. de Mutuo c. 3. th. 27.* affirmativam propugnat, contrav. alii negantivā Br. sententiam de Jure veriorem putant, quam etiam amplectitur *Obrecht tr. de form: libel: c. 18. n. 21.* eamq; communem dicit *Alciatus in d. l. 22. n. 51.*

modò perveniat in notitiam debitoris.

29. Nobis, ut Dd. opiniones, quantum fieri potest, in concordiam reducamus, mediam ingredi viam placet, distinguimus. Cum *Ant. Rubeo & Dn. Arumæo de morâ c. 5 n. 13.* aut debitori vel à creditore libellus offertur, vel à judice per citationem: Solet n. de stylo judiciorum, exemplum libelli, authentico apud acta retento, per judicem reo communicari *auth offeratur C. de lit. contest.* vel citationibus communiter summa totius causæ & actionis ita inseri, ut facilè ex eâ libellus liqueat *Emeric à Rosbach: in Prax: civ: tit. 33. n 12. & Seqq.* Undè, quæ mens creditoris cujusq; causa citatio ad se emanaverit, debitori satis innotescat, ita, ut nullam ignorantiæ causam prætendere possit, quo casu verum putamus quod *Decius & cum Giphan: noviss. Rittersh. expos. Nov. p. 9. c. 11. n. 28.* ajunt, debitorem, in morâ constitui *arg. l. 5. ff. de R. C.*

30. Aut v. Judici saltem libellus offertur & non pervenit ad notitiam debitoris, forsan quod ineptus fuerit, ideoq; à limine judicij procul rejectus, dentibusq; laceratus, ut loquitur *Obrecht: de form: libell. c. 18 n. 10. Emeric: à Rosbach: d. l. n. 36.* vel ipse à petitione actor destiterit, quô casu, cum nulla de eo notitia, quæ ad causandam moram requiritur, ad debitorem perveniat, quia actor in libello petitionem, non ad debitorem, sed ad judicem dirigit, & non à debitore solutionem, sed à judice condemnationem petit, moram non induci cum *Br: & noviss. Obrecht: d. loc: n. 22.* verè nos affirmare posse putamus.

idem in causis summarijs.

31. Et sic quoq; in causis summarijs (ubi libelli oblatio non exigitur & solennis litis contestatio cesset *Br. ad l. ab Execut: de appell:* sed summatim & de plano res debet expediri *Emeric: à Rosbach. d. l. n. 16. Rittersh. d. l. c. 3. n. 20. & seqq.*) qualemcunq; petitionem apud acta factam, si illa pervenit in notitiam debitoris, cum in mora constituere remur *l. 5. de R. C.* apud acta n. vel coram judice factum, enixam sanè voluntatem declarat & potentius afficit, quàm quod extra judicialiter, sæpè calore quodam, suscipitur *fac: l. 12. C. de pact. l. 28. C. de transact.* ne minus efficaciter creditor per judicem, ac per se ipsum, vel alium interpellasse videatur

deatur, idem obtinere in judicio arbitri *Dd. in l. 5. C. de recept. arbitr*: item in casu, quo ob contumaciam rei lis pro contesta tâ habetur volunt interpretes *Lindem. d. tr. de mut: c. 3. th. 28.*

32. Hæc de judiciali interpellatione latè accepto vocabulo. Sequitur expressa Extrajudicialis, quæ fit, cum à creditore debitor directò extra judicium de eo, quod debetur, solvendo admonetur, quod propriè esse interpellare notat *Brisson. de V.S. n. 9.* Et per hanc quoq; moram induci satis patet ex *l. 3. pr. versic. etiamsi non fecilè ff: de. Usur:* qui textus tâm perspicuus, licet aliis *l. 122. §. 3. de V.O. l. 24. quand: dies legat*: destituti essemus, ut contrà sentientes sufficienter constringere queat, quamvis Corasium, qui hac in parte pro dissentiente à Dn. *Arum: n. 14.* & aliis adducitur, verè dissentire, & contrarium, Extrajudicialem sc: interpellationem ad moram planè non sufficere, defendere, non videam. *vid: th: 43.* *quàm Extrajudicialis.*

33. Illud quidem 2. *Miscell 6.* voluit, & strenuè per *l. 32. §. 1. de Usur.* propugnat, unicam sc: interpellationem Extrajudicialem non sufficere, cujus novæ opinionis sese primum authorem jactat, sed vanè. alios n. & ante eum hanc foviisse notarunt juris Antistites *Menoch: 2. A. J. Q. cas: 220. n. 29. Arum. d. l. & alii*, adstipulatorem quoq; habet inter Neotericos Bachov: *ad Tr. V. 2. D. 3. th. 6. lit. D.* qui satis speciosis eam exornat argumentis, ut dubium quem facere non inficiemur. *etiã unicã*

34. Cum a. periculosum sit à communiori, quam tuentur *Menoch. d. l. Duaren. ad l. 122. §. 3. de V. O. Cujac. tr. 8. ad Afric. in l. 27 de Usur. infin. Gail de arrest. Imp. c. 13. n. 3 Gædd. de contr. vel comm. stip. c. 11. n. 66. Hunn: ad Tr. d. loc. & alij passim ab ijs relati*: recedere, quæ si non gravioribus, tamen ad minimùm æquè gravib. nititur fundamentis, nec ulla evidens ratio contrarium suadet, cum in *l. 32. de Usur. l. 23 de V.O l. 72 de solut*: simplicis interpellationis, absq; ullâ reiteratione, mentio fiat, sermo a. simpliciter prolatus de primo actu intelligatur *l. 89. §. 1. de V.S.* eaq; sufficiat ad finem, ne sc. incautus debitor opprimatùr. *arg. l. 1. ff. de edend.* consequendum *l. 5. de R.C.* Unicam sufficere arbitramùr.

35. Fieri tn: debet interpellatio hæc (1.) testato. h. e. testibus adhibitis *l. 122. pr. ibiq; Gothofr. & §. 3. ff. de V.O. l. 1. §. 3. de peric & commod. rei vend. Cujac. 8. ad Afric. d. loc.* (ut ut alij id non semper necessarium autument, modo aliâ ratione de eo doceri possit) (2.) opportuno loco & (3.) tempore *l. 32 pr. de Usur. l. 49 §. fin. de V. O. l. 39. de solut.* quæ utilitas loci & temporis minimè auferri debet *quæsitat testatò.*

t.t. de eo, quod cert. loc: adeò, ut veteri Jure causâ totâ caderet ille, qui hoc modo plus petebat. §. 33. & *seqq. J. de act. Wes. in π. de eo, quod certo loc: n.2.* Undè *Cassiod: in ps:36.* pollicita suis temporibus expectemus, ne, dum volumus promissa festinantius exigere causæ videamur amissione mulctari. *Cujac: in not: prior: dicto loc: Inst. n.37.* Et in hisce, putò, rectè arbitrium judicis desiderari *l. 32. pr. de Usur.* non verò in eo, num unica ad moram satis sit interpellatio ut putat *Bachov: d. loc. lit. D.* eam n. judicis omninò erit, pro sufficiente, ad constituendam moram, habere.

oportuno loco

36. Est autem locus oportunus, ubi invitus debitor ad solutionem cogi potest, puta in loco rei sitæ *l. un. C. ubi fideic: pet. l. un. C. ubi de hæred: l. 1. & ult. C. ubi in rem act. l. 10. ff. de rei vendic: c. 3. de foro compet:* Domicilij *l. fin. C. ubi in rem act, l. un. C. ubi de hæred. l. 2. C. de Jurisdict: l. 50. §. f. ff. de Judic: c. 8. de foro comp.* contractus *l. 19. §. 1. & 2. l. 45. ff. de Judic: c. 1. §. contrah. de for. compt: in 6. l. 21. ff. de O. & A. tt. de eo, quod cert. loc. Mynsi: 2. obs: 5.* quod forum contractus, à foro loci destinatæ solutionis distinguit *Color: de protest: Execut: p. 2. c. 1. n. 19. & n. 51.* Cum tn. loci certi in contractu mentione factâ, arbitraria actione, ut iniquitas loci compensetur, alioloco debitū rectè petatur *d.t. de eo, quod cert. loc. Vult. ad Inst. de act. §. 34. n. 6.* plura de hisce apud *Donell: cum ejus Enucleatore, it. Rosbach. & alios*, qui prolixè de foro competente scripsêre, nostrum non est diutius hic immorari.

& tempore

37. Sic quoq; interpellatio, ut teneat, non debet ante diem solutioni præstitutum fieri juxta *l. 213. de V.S.* ut n. ante diem exigi non potest *l. 27. l. 99. in fin. l. 137. §. 2. de V. O.* Ita frustrà quoq; interpellatur, & mora ex personâ non committitur *l. 88. de R. I. l. 49. §. fin. l. 127. de V. O. l. 40. de R. C. l. 54. de pact. c. non est in morâ 60. de R. I. in 6.* neq; si purè quid debetur *l. 14. de R. J. l. 41. §. 1. de V. O. §. 2. Inst. de V. O.* tunc protinus postquam interpellatus debitor, cum sacco adeundus est, ut eleg. loquitur Ictus, sed antequam quis in morâ constituatur, aliquod temperamentum, & temporis spacium, concedendum est *l. 105. de solut. l. 21. de Judic. §. uit. Inst. de inut: stip:* quod uti certum saluberrimè in rebus Judicatis à L. L. constitutum *l. 2. & 3. C. de Usur. rei judic: §. 2. Inst. de off: Jud. Wes. in ff. de re Jud. n. 9.* Ita & hic non tàm humanitatis gratia, quàm necessitatis, quò rem, quæ non est in expedito, promissor quæsitum eat & tradat. *Cujac: ad l. 118. de V. O. in*

fin

fin. indulgendum, sed cum hoc non certum ac definitum, merito id arbitrio Judicis cum Dd. committimus *l. 71. §. 2. de legat: 1. Gothofr. ad d. l. 105. lit. t. pl. Dd. apud Menoch. 2. A. J. Q. cas. 36* ubi ex Tiraq. Judicem tunc arbitrari debere, ut confestim id fiat, cum fieri potest *arg. l. 29. quand dies leg. l. 29. de cond. & demonstrat*: (quamvis in constituto 10. dies determinatos non inficiemur *l. 21. §. 1 de constit: pec. ibiq. Gothofr. lit. M.*) dum tn. intra modicum illud tempus, quod sensu magis, quam intellectu percipi potest ex *Accurs: Menoch: d. loc.* solvat; aliàs confestim ex interpellatione in morâ debitor constituitur & ab eo tempore æstimatio fieri debet *l: 22. de R. C.* ita si accipiamus *Johannem Rubeum in d. l. 22. n. 34.* nihil contra nos facere putamus.

38. Illud a prætereà sciendum, Sæpe, etiamsi pura videatur stipulatio, debitorem per interpellationem in morâ non constitui, ut, si quis sub pœnâ, omisso die, quid promiserit, ubi Pegasus, tum demum, cum res desijt posse dari, interpellationem operari moram, putat: Contra v. Sabinus, statim tunc, cum potuit à promissore dari nec data: Optimè omninò Papinianus sic distinguit in *l. 115. in fin. de V. O.* si à conditione inceperit stipulatio V. C. si Stichum non dederis, 100. dabis, Pegasi sententiam recipi: Cum ex diverso ita concepta: Stichum dari spondes, ni dederis, 100. Sabinum sequendum: Quatenus autem purgari possit? *infra. th. 117.* dicemus. *ex pura stipulatione non semper statim peti potest.*

29. Neq; hoc prætermittendum, requiri, ut interpellatio sum habeat robur, verba clara, perspicua, voluntatem creditoris continentia *l. 5. §. 1. ff. quod vi aut clam. Jas: in l. 23. de V. O. n. 7.* sive in scriptis, sive ore proferantur. *arg. l. 20. §. 6. in fin. ff. de hæred. pet. l. 4. de pign. l. 4. de fid. Instr. l. 2. l. 38. de O. & A.* Solennia n. & concepta non desiderantur, Cum ea in judiciali interpellatione non interveniant, & admonitio debitoris quovis modo, ut in notitiam perveniat, fieri possit *l. 5. de R. C.* dum tn. debitor divinare necesse non habeat, cum scire is non dicatur, qui scit in nube, ut ait *Ripa in l. 31. n. 82. de Jure Jur: post Bl. in l. 38. de minor.* *Verbis clariis.*

40. Hic jam non ineptè à Dd. controvertitur, Num verba generalia, ut puta, indigeo pecuniâ, quâ mihi debes: perfectâ induceant denunciationem? sanè *Cyn: Jas. et alior:* quos refert ac sequitur *Num generalibus?*

quitur *Menoch.2.A.J.Q.caſ.461.n.6.* argumenta, quibus id negant, etſi non ſint de nihilo, talia tn. ea non putamus ut à *Br. Decij*, & communi, ut ipſe fatetur diſſentiens *Rubeus in d. 22. de R.C.n. 59.* affirmativâ opinione planè recedamus, cum voluntas magis, quàm verba, inſpici debeat *l.3.§.9.de adim.legat.* & quò ſenſu quid proferatur attendendum, ut verba aliquid operentur *l.3.pr.de Iurejur. l.1.ff.quod met.cauſ.c.Papa 10.de Privil. in 6. Dd. comm: quos largâ manu allegat Gomeſ: de act: in pr.n.8.* Semper enim intelligenda eo reſpectu, & ad eum finem, ad quem proferuntur, & ad eam rem reſtingenda, ſuper quâ proferuntur *Cravet: conſ.16.n.5.conſ.171. n.13.Surd.deciſ.119.n.24.* neq; ſophiſticè, ſed in eo ſenſu, qui ſolet rectè intelligentibus generari *c. ex literis, ubi Dd. de ſponſal:* Reinking *de R.S. & E.L. 1.61,2.c.2,n.192.* Præſertim cum hic modeſtia & urbanitas creditoris, dum noluit tam auſterè ad ſolutionem debitorem urgere (quod ipſi diſs. in eorum perſona, quibus reverentia debetur, non improbant, *Menoch.d.l.n.4.*) ei obeſſe & nocere non debeat *arg.l.penult.de furt.l.20.C.de nupt:* & verba generalia & enunciativa etiam fidei commiſſum inducant *l.115,de leg.1.* hicq; ea generalitas, ut obſcuritatem pariat *l.40.de J.fiſci* reſpectu pl. ſpecialium non conſideretur, nec alium ſenſum, quàm, ut propter hanc indigentiã tu mihi ſolvas, recipere poſſint, ut docet Dn: *Arum.d.loc.c.5.* cum tn. ipſe in negantium caſtra *in fin.n.8.* tranſeat,

arbitrium judicis hic accedat.

quod, uti nõ omnino poſſumus probare, ita arbitrium judicis non planè hic reſpuimus *l.32 de Uſur.* ut conſideretur, quis denunciet, & cui fiat illa interpellatio, anne forſan ex indigentiâ & opulentia creditoris, de enixa exigendi voluntate, num ſeriò vel non, conſtare poſſit, uti in aliis hanc conſiderationem Judici incumbere docet *Menoch.2.A.J.Q.caſ.7.in fin.*

41. Hæc omnia ſi probè attenduntur, diximus & adhuc dicimus, unicam perfectam, non tantummodo cœptam, & poſtmodum omiſſam *l.23 in med.de O.& A.* ſufficere interpellationem extrajudicialem, licet, ſi quid ex abundanti fiat, non rejiciamus, cum faciat ad cautelam & majorem exaggerationem, nec vitiet actum

inſtantia non requiritur.

jaſ.in l.22.de R.C.n.33.per l.1.pr.C.de rej.ux.act. Weſ.in π.de accuſ.n.12.in fin. dummodo jus inde non ſumamus, inſtantiam tn. poſt factam interpellationem, ut ſc. perſeveret, non etiam, ut denuo cogantur teſtes, & iteretur interpellat: Cum Dd: vult ſubtiliſſ. Ictus *Cujac.8.ad Afric.d.loc.* per l. 32. *§.1 de Uſur.* Verum pace tantorum virorum, cum d. *§.1.* expreſſe inſtantiam propter interpellationẽ

ſervo

servo factam, domino postea reversi, requirere videatur *fac l. 20. §. 11. de her: pet.* nescio, annecum Dn. Arum. tutò, illâ opus non esse, cum debitori de voluntate creditoris constat, & meditari possit quid agendum sit. *l. 5. de R C.* statuere possimus, *Menoch d. cas. 220. n. 28.* Licet in generali interpellat: de quâ *th. præced.* Instantiam non inutilem, sed valde, ad omne dubium amovendum, necessariam remur.

nec respectu heredis.

42. Et quidem in tantum hæc sufficere putamus, ut ne personâ quidē mortuâ, quæ fecit moram, vel passa est, necesse sit repeti interpellationem in personam hæredis, ut benè monet *Cujac: d. loc.* sed transmittitur, quoad cursum usurarum & perpetuandam obligat: semel facta mora ad hæredem jure hæreditario *l. 27. de usur* non ad proximum tantum hæredem, sed etiam ad ulteriores, prout hæres hæredem sicut Flaccus loquitur, velut unda supervenit undam, verba sunt *Cujac: d. 8. ad Afric.* Etsi n. ex personâ mora dicatur, non tn. personæ cohæret, *th. 23* sed ex interpellatione semel factâ perdurat, & perpetuò debitorē ejqq; heredē ferit *Arum. c. 8. n. 15. Tilem. D. π. 2. th. 13. part. post: ubi & dissent: referuntur fac: l. 11. C. de acq: poss. cum simil:*

modo judiciali modò extrajudiciali denūciatio pro forma requiritur.

43. Sed hæc satis, nisi plus satis, pro instituto nostro, de expressâ interpellatione quæ perinde est sive judicialiter, sive extrajudicialiter fiat, neq; n. cum *Gomes: de act. §. actionū n. 19. Ramo L. 2. Enchirid: Axiom. 137. Matth. Steph. ad l. 88. de R. I. et alijs.* possumus facere, qui in contract: b. fide etiā extrajudicialē sufficere, in strictis v. Judiciis non nisi in judicio factā interpellationē *l. 22. de R. C.* arbitrantur: *vid th. 32* Nisi forsan pro formalitate suâ modo hāc modo illā singulariter requirat, & cautè & prudenter observandū, cū perindè sit, ipso jure quid nō fieri, vel vitiosè fieri *l. 2 de auct. tut. l. 6. qui satisd. cog.* Sic per libelli oblationem, etiamsi in notitiam pervenerit, non vera fit mulieri adulteræ denunciatio, ne nubat, cum tn. extrajudicialis sufficiat *l. 16. l. 17. ff. ad L. Jul. de adult.* Contrà nil prodest ea, sed requiritur expressa judicialis, imploratio sc: officii judicis, ut de damno infecto nobis prospiciamus *l. 44. pr. de damno infect.* nam quæ jure act. peti non possunt, sed officio judicis, nisi in judicio postulentur, vel lis contestata sit, neminem in morâ constituere tradunt *Br. in l. 8 §. 1 de edend, Jas. in l. 22. de R. C. Saporta de morâ c. 2. n 37.* duos alios casus ex Socino notat *Gothofr. ad l. 122. §. 3. de V. O. lit. G.*

44. Sic

Nonnunquã etiam plures actus desiderantur.

44. Sic quoq; non inficiamur pl: casus dari in jure nostro, ubi non unus actus denunciandi, sed multiplicatus exigitur, Exempla ferè sunt obviam: Apostoli, seu literæ dimissoriæ sæpius & instanter sunt petendæ *l.un.§.2.ff.de lib: dimiss.* ne judex pl. occupatus facilè id obliviscatur: Ita etiam ne fraus aliqua fiat, quæ facilè fieri potest à muliere, quæ se prægnantem, post obitum mariti, dicit, bis in mense, ijs, ad quas ea res pertinet, denunciandum est, & assiduam à personis certis & constitutis requirit Prætor inspectionem *l.1.§.10.ff.de inspic.vent.* Sic trinâ denunciatione opus est, antequam maritus suspectum de adulterio impunè occidere queat *N.117.c.15.* Item contumax quis tantum dicitur, si tribus edictis vocatus præsentiam sui non fecit, *l.68.& seqq.ff.de Judic: l.53.§.1.de rejudic:* Vasallus, si tribus vicibus à suis paribus citatus, fidelitatem jurare noluerit, feudo privatur 2.F.24.§.1 *it:2.F.22.* Ita de Jure *Nov.115.c.2.* dicenti, se allegare velle, judex tres dilationes successivè dare tenetur. Sic quoq; antequam pignus vendi potest, si pactum, ne distrahatur, à contrahentibus adjectum, trina exigitur denunciatio *l.4.ff:de pign:act:* Jurisdictio, quod notandum, amittitur, si magistratus tertiò requisitus justitiam denegaverit *auth.statuimus in fin.C.de Episc:& Cler.* & si qui sunt casus alii, qui tamen ab hâc nostrâ materiâ alieni.

Vel Tacita

45. Undè igitur paulum digressi, revertimur, interpellationem *Supra th.25.* fecimus vel expressam, vel tacitam, de hâc sequitur ut jam pauca quædã dicamus, quæ fit dici, imo, et horæ, *Menoch.d.cas.220.n.44 in med.* quâ solutio fieret, expressâ appositione, quàm si debitor, absq; causâ, protervè præterlabi patitur, tunc moram ex personâ, non ex Re, ut *Duaren.de stipal. serv.c.8. in pr. Arum.c.4.n.26.& alij* arbitrantur, fieri putamus *Tr.V.2.D.3.th.7.ibiq; Bachov:& Hunn:* Licet n. non ipso actu ab homine interpellatio fiat, à personâ tn. per conventionem, non à lege, uti fieri in morâ ex re infra dicemus, diem adijci, nemo sanus negabit, quâ quid aliud efficere creditor, quàm debitorem suum interpellare ac admonere censetur? ne hic taciti minor sit effectus, quàm expressi, cum procedant ex eâdem potentiâ causæ efficientis, per ea quæ habet *Everh.in Topic: ab Expres: ad Tacit:17.n.1.5.& seqq.*

I. DIES expressè à contrahentibo adjecti adventu

46. Ex quibus, quid sentiamus de Æmil: Ferret *de morâ n.21.* ejusq; sequacium opinione, non solum diem expressè adjectum sufficere ad moram faciendam, vel, ut vulgo dicitur, diem non interpellare pro homine, sed præterea hominis accedere interpellationem

tionem neceſſe eſſe, apparere puto, quod ipſum, licet pl. argumentis legalibus plauſibiliter ſatis ab eis defendatur, noviſſimèq; ſtrenuè & ſubtiliter à *Bachov. ad Tr: V. 2. D. 3. th. 7. lit. D.* propugnetur, Cum tn. certi & indubitati juris, quod qui ſemel certior factus, de ipſâ creditoris voluntate amplius certiorari non debeat *l. 1. in fin. ff. de act. empti c. 31. de R. J. in 6.* præter diem conventioni adjectum, admonitionem non poſſumus deſiderare, cum ea, uti generaliter loquitur Imp. *in l. 12. C. de contrah. vel commit: ſtip:* quæ promiſit, præſertim expreſſo complacito, debitor ipſe in memoriâ ſuâ ſervare nec ab aliis ſibi manifeſtati poſcere debeat *fac. l 9. §. 1. dell ſur. ubi uſurarum ſtipulatio in diem, quamvis debitor non conveniatur, committi dicitur l. 114. de V. O. l. 4. §. f. ff. deL commiß. l. 37. mandat. l. 23. de O. & A Cùjac: Donell. Duar: Anton: Fab: Goddæ: & alij relati ab Hunnio ad Tr: d. l & Hackelm: diſp: π. 12. th. 22. lit. B.* Et hoc adeo verum, ut Dd. veterum exceptionem, per diem non conſtitui debitorem in morâ, ſi creditor & debitor ſint diverſi fori, prorſus à Juris ratione alienam merito reijciamus *arg. l, 2 C. delur: Emphyt. l. pen. §. f. de cond: & demonſtr. l. 20. §, 1 ff. de oper: libert.*

etiamſi ſint diverſi fori debitor ac creditor.

47. Quod autem Dd, *Anton: Gabr: comm: opin: L. 3. de ſolut. concl. 9. n. 30. Purpurat in l. 22. de R. C. Maſcard. de probat. V. 2. concl. 1070.* cum quibus etiam *Dn. Arum. d. loc. c. 5. in fin.* & hoc caſu ſpacium temporis uti *th. 37.* volumus, concedunt: vix ac ne vix quidem poſſum ijs adſtipulari, cum planè hic ſit diverſa ratio: Vbi n. dies adjectus, jam diu ante debitor novit, quoto tempore ſit ſolvendum, ut ita benè ſibi interea temporis de ſolutione proſpicere queat, quod certe altero caſu ceſſat; ubi inſperato ſæpè patitur interpellationem, quam divinare non potuit, quod ipſum etiam à contrario ſenſu, (tanquam firmiſſimo in jure argumento *l. 1. verſ. hujus ff. de offic: ejus Everh. in Top. loc. à contr. ſenſ. n. 6.*) ſatis probare videtur *l. 23 verſ adeò, ut & illud ff. de O. & A. Gl. in l. 8. ff. ſi quis caut. Iaſ in d l. 23. Coler. de proceſſ Execut: P. 1. c. 10. n. 27.* ubi hanc communiſs: teſtatur. Dum tn. non nimis anguſtis finibus tempus ſolvendi circumſcribatur, ſed totus dies arbitrio ſolventis concedatur *§. 2. Inſt. de V O. l. 41. §. 1. ff. eod. ibiq; Gothofr. lit. t.*

ita ut nec ſpacium tēporis ulterius indulgendum.

48. Uti ſuperior Q. anxios habuit Dd. ita & hæc magis eos torſit, num per exiſtentiam conditionis, non quidem tacitæ, cujus quædam exempla ex Oldendorp. refert *Gothofr. ad l. 38. pr. de ſolut. lit. L.* ſed expreſsè à contrahentibus adjectæ, mora ſine ulteriori interpellatione inducatur? ut verè nodoſum

II. CONDITIONIS appoſita exiſtentia.

hunc articulum dicat *Arum. d. c. 5. n. 17.* Quid enim? an pure cum Dd. *Br: Zaſ: Donell: Ferret: Arum: &c.* cum eam communiſſ. eſſe ſententiam ex Salicet: referat *Bachov: ad Tr. d. loc. ibique Hunn:* id negabimus? tunc certè neſcio, quomodo Bachov: quæſtioni ſuperiori objectis ſatisfacere poſſimus, cum dies & conditio ferè, quoad effectum, de eodem procedant: At notam ſummæ iniquitatis effugere, nec legaliter concludere videmur, ſi ſimpliciter, cum *Accurſ. in l. 115 §. 1. de V. O. Duar. c. 8. de ſtipul. ſerv. Hotoman: & Tr. uti eum inducit Bachov. d. loc.* id affirmandum ſuſcipiamus; certiorandus n. qui ignorat *l. 1. § f. de act. empt. c. 31. de R. J. in 6.* nec moram feciſſe dicitur, qui juſtam habet cauſam ignorantiæ.

hoc tamen ſub diſtinctione.

49. Si piaculum, ut perſuaſum multis, recedere paulisper à veteribus, omnino hîc hæreo, nec, cui parti accedam, ſatis perſpicio, cum tu. cujq; dicendum cum Ovven: L. 2. *Epigram: ad Guil. Sidlet: 31. in dictu hominum non quis conſidero, ſed quid:* Neutrî ſubſcribo, lubet itaq; tentare hoc modo: vel Conditio (quæ ſc. obligat: & actionem ſuſpendit, & in futurum dirigitur, hæc n. propriè à Ictis accipi ſolet, *l. 10. §. 1. de cond. Inſt.*) talis eſt, cujus exiſtentia debitorem latere nequeat. v. c. ſi tibi hoc dedero, ſi navis tua ex Aſia venerit, ſi conſul factus: vel eſt conditio adjecta, quæ debitore ignorante exiſtere poteſt, v. c. ſi Imp. Turcas devicerit, ſi Titius vel Cajus hoc fecerit, priori caſu interpellationem non deſideramus, ex ration: *theſ. 46.* adductis, ſed ſatis, cum exiſtit, pro creditore, à quo propterea adjecta eſt, interpellat, *text. in l. 59. de V. O, l. 18. pr. de Uſur:* poſteriori v. caſu eam, cum exiſtentis jã conditionis probatione, omnino cũ Dd. *Supr: th. præc.* requirim 9.

Quomodo hic ſpacium tẽporis ulterius indulgendũ?

50. Sed ne hic, quod attendendum, ſilentio prætereamus, neq; ſemper ſpacium aliquod modicum temporis concedimus, neq; indiſcriminatim denegamus, ſed iterum, ſalvo rectius ſentientium judicio, cum monitus mel ora ſequar, diſtingũo inter illas ipſas conditiones, quas moram inducere affirmavimus, vel illæ ſunt poteſtativæ, ut ſint in debitoris voluntate, quando velit ut exiſtant v. c. ſi hoc feceris, vel ſunt planè caſuales, quæ à fortuna dependent, *l. f. C. de neceſſ. ſerv. hæred.* vel etiam mixtæ *l. un. §. 7. C. de caduc. tollend.* ita, ut vel poſſint certò, ſed tu. inſperatò exiſtere, vel omnino non, v. c. ſi pacis conditiones acceptaverint, ſi alma pax redierit, ſi Titius tibi hoc dederit; Priori caſu, cum militet eadem ratio, quæ in diei adjectione, idem quoque

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73165806X/phys_0020
DFG

jus ſtatuo; In poſterioribus v. caſibus, cum non poſſint jam ante prævideri, certè, ut aliquod ſpaciū, quo ſolutio commodius fieri queat, uti poſt interpellationem factam, concedatur, æquiſſimū eſt.

51. Tantum de regulari morâ, quam per interpellationem fieri diſſeruimus: Ordinis jam ratio poſtulare videtur, ut ad irregularem progreſſum faciamus, quæ in ll. mora ex re vocatur *l. 32 de Uſur. th. 21.* Cum absq; facto hominis, ex ſolo tempore tardæ pretij ſolutionis, recepto Jure, ut ait Imp. *in l. 3. C. in quibus cauſ: reſtit. in integr.* fiat, & quidem inde irregularis vocatur, quod ordinariè & regulariter, uti ex perſonâ, ita ex re, mora non cōtrahatur, ſed pauciſſimis tantū caſibus à LL. ſpecialiter expreſſis, quos enumerare, ne quid omiſiſſe videamur, nō ſuperſedebimus. Mora ex re, cur irregularis dicitur?

52. Inutilis a. eſſet eorum commemoratio, niſi prius certis jurium fundamentis, verè moram ex Re fieri, manifeſtum fecerimus; quamvis enim diverſo planè modo fiat, ac mora ex perſonâ, quæ magis facti, quàm juris, illa autem juris ſit ac ipſo Jure committatur, diverſosq; effectus quidam in hiſce confingāt *vid. th. 95.* adeò quidem, ut, collatione factâ, hæc illam, non ſecus ac heſperus minores ſtellas, obſcuret & luminibus quaſi obſtruat ut eleg. loquitur *Arum. d. l. c. 3. n. 12.* ita, ut ejus intuitu per excellentiam ſæpe mora ex perſonâ ſola pro morâ habeatur, illa a. quæ ex Re oritur, hoc nomine nō honoretur *l. 5. C. de act: empt: l. 87. §. 1. de leg. 2. l. 1. §. 1. l. 32. de uſur. ſupr. th. 21.* ſunt tamen textus in *l. 3. C. in quibus cauſ: reſt. in integ: nec: non eſt l. 23. §. 1. ff. de Uſur. l. f. C. de condict. ob turp: cauſ: l. 5. de minor: l. 3. §. 2. ff. de adim: leg: l. 26. §. 1. de fideicom: lib.* tā clari, ut in medio ſole cæcutiat neceſſe ſit, q morā exRe quoq; fieri nō videat. Eſt vera mora, & ſit.

53. Et quidem, ut id, quod promiſimus, exſolvamus, *ut ſup: th: 46.* morā ex perſonâ i. e. Regularem fecimus per interpellationē tacitā diei à partib: adjecti; ita hic meritò primo omniū non omittimus morā exRe i. e. irregularem oriri, ſi dies ab ipſâ lege, quā proximam hujus moræ cauſam *th. præced. 51.* voluimus, adjectus ſit. Hinc fit, quod poſt triennium elapſum in ſeculari, poſt biennium in Eccleſiaſticâ Emphyt: *l. 2. C. de J. Emphyt: auth. qui rem C. de S. S. Eccleſ. c. potuit 10. de loc: cond.* ſi canon nō ſolvatur, auctoritate Judicis Emphyteuta etiā non monitus poſſit expelli, admonitionē n. nō expectare, ſed ultrò ſe offerre debet, ait Imp. *in d. l. 2.* Quod etiā in conductore, poſt biennium in ſolutione penſionis ceſſante, etiamſi aliter pactum ſit, *l. 54. §. 1. l. 56. ff. de locat. cond:* obſervatur: imo obtinet, ſi intra annum & menſem à milite *l. Feud. 22. ve* I. Si dies à legibus additus.

intra annum & diem à pagano 2. F. 24. pr. in Feudo antiquo investitura non petatur 2. F. 55. in fin. pr. Gothofr. Anton: Disp: Feud. 8. th. 3. lit. A. & B. Ex eodem principio usuras post 4. menses, à tempore sententiæ, in personalibus actionibus deberi rescriptum l. ult. C. de Usur. rei judic: Sic quoq; si, post annum soluti matrimonii, res mobiles in dotem datæ non restituuntur, Usuræ veniunt, immobilium v. statim fructus à tempore dissoluti matrimonij debentur l. un. §. 7. C. de R. V. Act. & hoc usum habere maximum arbitramur, si statuto, vel sententiâ judicis, certus dies solutioni præstitutus, intra quem vel solvat, vel factum perficiat, vel etiam inchoet, arg: eor: quæ suprà th. 46. dicta ut certa scientia legislatoris vel judicis, qualis hic, nō minus potenter operetur, quàm conventio. Quid E. Donellū hoc casu dissentientē moverit, cū in die à contrahentibus adjecto nobiscum faciat, vix video. Bachov. cum suis, majori dissentit hic Jure, cum contra id, quod nos præsupponimus, & th. 46, asseruimus, graviter disputet, nos autem nondum in suas partes pertraxit.

non b. fi factum tacitè in se habeat diem.

54. Ut ut autem hoc diximus, non ita diximus, quasi id cum Dd. ferè comm: teste Cravetta: & Menoch 2. A. J. Q. cas. 220. n. 2 ibi Dd. extendamus ad eum, qui se facturum vel curaturum promisit, cum ibi tacitè comprehendi tempus videatur, intra quod id, quod promisit, fieri possit l. 73. pr. l. 84. l. 137. §. 2. & 3 ff. de V. O. Quos textus eleganter sanè inducit Arum: d. c. 4. n: 41. Verum, cum ibi tempus, non ut in sup. th. sed planè incertum, pro diversis circumstantijs & respectibus diversimodè indulgendum d. l. 137. §. 2. certè illis in locis interpellatio non excluditur, sed tanquā indubitatum quid præsupponitur & tantummodo illud dicitur, non statim per eam moram induci, sed adhuc, propter rei & facti naturam, dilationem temporis, ad Insulam, vel aliud opus faciendum, indulgendam esse, ut tunc demum, si statim non purgetur (de quo Ictus Paulus in d. l. 84. & nos infra agemus) ad totum interesse efficaciter agi possit l. 14. de V. O. Licet, si planè post interpellationem ne quidem incipiat debitor, ita, ut constet intra tempus legale opus perfici non posse, post moram illam rectè prius etiam conveniatur, ut æstimetur id tantum, quod in illo intervallo effici potest d. l. 137. §. 3. l. 72. §. f. ibi Duar. ff. de V. O. Quod probari video etiam à Bachov: ad Tr: V. 2 D. 3. th. 9. lit. E. in fin ferè Quare (ut arg: quæ ex c. 9. de Jure Jur: c. un. 2. F. 7. Junct. §. 5 vers. licet 2. F. 26. desumunt pro nostrâ sententiâ decertantes Dd. præteream) cum fictiones fictionibus

nibus nō cumulandæ, ut rectè monet *Bachov. V. 2. D. 3. th. 7. lit. D.* diei interpellatio tanquam ficta, huic fictioni, diem sc. incertum pro adjecto haberi, accedere non debet, sed interpellationem necessariam putamus, ne probabiliter aliàs debitor, Creditoris non multum interesse, quod tardius effectum reddat, existimare possit,

55. Et quidem, antequàm à die à lege adjecto discedamus, ea quæ *Suprà th. 53.* de dotis repetitione diximus, monent, quid in dotis promissione obtinere debeat? ut prius videamus, Quod certè cum non sit de lanâ caprinâ, sed maximi momenti & sæpius occurrat consulendo & Respondendo, ut videre est apud *Arum. L. 1. Decis. facult. Jenens. 3. per tot.* pro verâ decisione varij variè, nec sanè sine argumentorum apparatu respondent. Ut autem dilucidiorem nobis rem faciamus, in eo videntur ferè convenire *Dd. comm.* Extraneos dotem promittendo tantum elapso biennio, post contractum matrimonium, moram ex Re incurrere, & sic de Usuris teneri *l. f. §. 2. C. de J dotium* quod tamē non ita volumus intellectum, quasi planè ante id tempus non possit exigi vel etiam mora, tàm per expressam, quàm tacitam, diei sc. interpellationem, contrahi; id n. ut pl. taceam, satis per *d. l. f. §. ult.* manifestum, ubi n. petitio, quis ibi moram denegabit? *arg. l. 88. de R. I. l 127. de V. O. Jas. ad § fuerat J. de act. Wes. in œcon C. de Jur: dot:* Sed an ex tali morâ, ante biennium usuræ statim debeantur, pendet omnino ex eo, num actio de dote promissâ, quâ maritus experitur, sit b. f. vel stricti juris, in quo inquirere ab instituto nostro est alienū, ne falcē in alienam messem immisisse videamur, vid: inter Neoter: *Bachov: ad Tr: V. 2 D 7. th. 8. lit. A.*

2. in dotis promissione

tàm ab Extraneo

56. Sed quid? si ipsa mulier, vel etiam pater vel alij conjuncti dotem promiserunt? hic quo magis diversas intueor interpretum sententias, eò dubia magis suboriuntur, præcipue e. video illo acerrimè dimicare, quod *Jas: Alber: Fulgos: Costal: in l. 5. ff. solut. matr:* & maximè insigne jurisprudentiæ Lumen *Zas. L 2. resp: sing c. 16.* has personas, nisi interpellentur, moram nunquam incurrere, asserant, adeò, ut cum Stomacho *d. l. Zas. n. 1.* mirum esse nugosas contrarias assertiones, contra textum *in d. l. 5.* tàm manifestùm, tamq; expressum, induci: Quo tamen textu & aliis Juris fundamentis parum moti *Socin: Matthes: Baver. Sadolet: Plotus, Barbos. Wes in œcon. Hunn: ad Tr: Arum. prolixè d. lib. 1. decis. 3.* dictas personas non modo absq; interpellatione, moram ex re committere, sed illam, non demum post biennium elapsum, ut *th. supr.* sed sta-

quàm ab ipsa uxore vel socero.

tim post contractum matrimonium fieri pl: evincere conantur, eamq; sententiam facultatem & Scabinatum Jenens. sequi testatur *Arum. d. l. de morâ n. 17. in fin.*

57. Cum a. nullius addicti simus jurare in verba magistri, neutri parti possumus in totum assentiri, in Zasii quidē proniores *per l. 5 ff. solut: matr:* nisi generalitas *l. fin. §. 2. de J. dot.* nos moveret, in quâ mulier vel socer non eximitur, quod tn. in tàm maximè præjudiciali casu Moræ fieri necesse esset, cum etiam summam redoleret iniquitatem, durius quid in extraneos hic, quàm in ipsam uxorem & socerum statuere: Ad posteriorem v. opinionem ex eo non possumus in totum inclinare, cum nostrum non sit, ex rationum identitate moram celeri9, contra textū *ind. l. f.* generalē, constituere, quem tamē illi ad probandā hoc casu moram ex Re, adducunt, ut, quomodo de tempore moræ eundem improbare possint, non videam *arg. l. 17. C. de testib:* manifestè n. *d. l. 5.* quicquid etiā contortè & variè ad eam à Dd. respondeatur, docet, fructus non à tēpore matrimonij cōtracti (quod fieret, si statim tunc mora committeretur *l. 32. §. 2. de Usur:*) sed demū traditæ possessionis computandos esse, modo tn. illa, etiam non interveniente interpellatione, ultra triennium non retardetur, *d. l. f. §. 2.* ita nos responsionem ad *d. l. 5.* tentabimus, & idem in uxore & socero, quod in Extraneis *th. 55.* diximus, observandum esse concludimus.

3. in persona minorū,

58 Sed ut ad specialiora progrediamur, contrahitur mora ex Re in personâ minorū 25. annis, nō modo in b. f. cōtractib9 sed & fideicommissis & legatis *l. 3. C. in quib: caus: rest. in integr. l. 5. C. de act. empt. l. 87. §. 1. de leg: 2.* idq; sicut multa alia, propter summū hujus ætatis favorem, ut sc. ꝙ majores sibi prudentiâ & cōsilio suo constituere possūt, illud minores legū beneficio habeāt. Unde etiā consequens est, cessante hoc favore, cum sc. majores facti sunt, vel etiā ipsi, majore relicto hærede, decedunt, ipsum privilegium cessare debere *l. 68. de R. J.* quæ n. personis beneficia tribuuntur, quia personis ipsis conceduntur, & favorem earum respiciunt, cum eis quoq; intereunt; Quare, ut ipso jure inducitur mora propter hoc ætatis privilegium *d. l. 3.* ita, cessante eo, similiter tollitur *arg. l. 35. de R. J.* adeò, ut si velit moram reviviscere, novâ interpellatione opus sit, & ita mora ex personâ fiat, quæ, si semel intervenit, perpetuò durat *d. l. 87. §. 1. de leg. 2. Ludov: Roman: sing: 117. Arum. d. l. c. 4. n. 4.*

usq; ad majorennitatem.

Etiam ratione libertatis consequendæ.

59. Atq; hoc non tantum in debitis, sed & cum libertatis favore antiquos legumlatores multa etiam contra communes regulas statuisse manifestum dicat Justin: *in §. f. J. de donat:* non hoc certè

minimũ, quod ex re quoq; morã fieri ei, cui fideicõmissaria libertas relicta, sancitum, *l. 26. §. 1. ff. de fideicom: libert:* cum n. satis impiũ atq; ab surdũ sit, hæredes testatoris differre voluntatẽ, maxime cũ ad libertatem respiciat, ut aît idem Imp. *in l. 15. C. d. tit.* optimè provisum est, moram hæredis, qui præcisè manumittere rogatus, etiamsi libertas vel per ignaviam, vel per dignitatem & auctoritatem eorum, à quibus relicta, vel per timiditatem, quib: relicta vel per ignorantiã juris sui, petita non fuerit, minimè obesse libertati. Quod a. hoc ipsũ cum Accurs. & aliis *Arum: d. c. 4 n. 24.* etiam in majorib: quib: libertas testamento per fideicommissum data, obtinere, contra *Cujac. in π. C. d. tit. in fin: fere* probare voluit, non possum9 approbare, cũ ex verbis generalib: *d. l. 26.* Ictum *Vlp: in vers. Quod igitur*: expresse determinasse appareat, minoribus sc. 25. annis hoc tributum esse auxilium, ut in re mora esse videatur, quod etiã *l. 5. ff. d. minor:* quæmeritò secundũ rubr: accipienda, confirmat, nec omnino absq; ratione diversitas hæc, cũ in his duplex favor ætatis & libertatis, in illis tantum favor libertatis occurrat, ut ita duæ rationes unicam vincant, & unâ sint potiores *Gothofr. ad d. l. 26 lit. O* Et olim quidẽ ad hoc id scire valdè profuit, q̃ ex die moræ libertati factæ (quæ in minore ex Re, ut diximus, in majore v. per petitionem demum ex persona oritur) ingenuus ex muliere, cui libertas relicta, nascatur, cum aliàs, cum non sit petita sc. à majore, manumitti partum à matre dici debeat, ex quo peti libertas potuit, ita nos difficilem satis & obscuram *d. l. 26.* accipimus, eamq; adhuc hodie in hominibus propriis, vulgo Bauwrẽ non minimum usum habere arbitramur.

nec hoc in majoribus.

60. Sic quoq; exemplo minorũ, in debitis Ecclesiæ, vel aliarũ piarũ cautarũ, ut Orphanotroph. Xenodoch: & c. *l. 15 l. 22. & seqq. C. de Eccl:* ex identitate rationis mora ex Re contrahitur, illæ n. jure minorum semper illæsæ esse, & jure minoris fungi debent *c. 3. de in integr. rest:* & ita minori æquiparantur *gl. in l. 4. C quib: ex caus. maj: Everh: in Top: loc. à min: ad Eccl. n. 1. & 3. Menoch. 2. A. J. Q. cas. 220. n. 18. Covarr: 3. var. res. c. 12. n. 4. ubi hanc communissimam esse scribit:* Ut nec propter hanc generalem comparationẽ, quam instituunt Dd. ex *dd. cc.* & juris rationib: illis, qui eam tantum ad ea, quæ in testamentis relinquuntur coarctant, adstipulari possim9. Undè in tardâ solutionẽ decimarũ moram ex Re fieri sine interpellatione ex Br. rectè notat *Rittersh. in differentiis J. civ: & Can: L. 4. c. ult: in fin:* Et quidem de legatis ad pias causas relictis id adeò perspicuum *l. 46. §. 4. C. de Episc: & Cler:*

4. In debitis Ecclesiæ, vel piarum causarum.

ut

ut nulli dubitandi ansa relinquatur. Nisi quis noviss. Jure *Nov. 131. c. 12.* nonnihil id limitatum adserat, ita, ut sex menses, à die insinuationis testamenti numerandi, hæredibus indulgeantur, intra quos autem si ultrò non solverint relicta, & fructus & usuræ & omnis legitima accessio, à die mortis testatoris, non secus, ac si tunc statim mora ex Re commissa sit *vid: th. 37.* præstanda *Coras: ad §. sed furti 26. J. de act: n. 2.*

5. Reipublicæ.

61. Ut autem Ecclesia, ita quoq; Respubl. minoribus æquiparatur *l. 4. C. quib: ex caus: maj: l. 3. C. de Jur. reip: l. 9. ff. de appellat:* quare non possumus aliter, quàm ut etiam in ejus debitis, non tn: omnibus, sed tantum ex b. f: contractibus, legatis & fideicomm: *Uti th. præced. exl. 3. C. in quib: caus. rest. diximus*, promanantibus, moram ex re fieri concludamus, ut, ubi eadem ratio, idem jus etiam statuamus *l. 32. ad L. Aquil: l. ult. C. de const. pec: l. 7. de fidejuss. tutor:* Cum defectus naturalis sit, quærere legem, ubi eadem ratio militat, ut in simili ait *Hieron. de Cæval: in Spec: comm: opin: q. 287. Apolog: Megap.* Erster Punct *posit: 146.* Et quamvis quidem Respubl. propriè tantum dicatur civitatis Rom: largo tn. modo etiam aliarum civitatum eam rectè dici ex Dd. refert *Gomes. de act: §. rursus n. 17. Bachov: ad Tr: V. 2. D. 24. th. ult. lit. f. Wes: in π. de privil: Cred. n. 5.* Reinking *de R. S. & E. L. 1. cl. 4. c. 20. n. 3. & seqq.*

6. Fisci

62. Addunt quoq; Dd. moram ex Re fieri in debitis & vectigalibus fisci *Gothofr adl. 3. C. in quibus caus: rest. lit. D.* idq; propter expressum textum *in l. 17. § 5. de Usur.* quem ne de morâ ex personâ accipiamus, verba: *qui tardius pecuniam inferunt.* evincunt, cum semper ejus per excellentiam moræ, vel etiam ad minimum interpellationis expressa in jure fiat mentio, nec sic quicquam singulare esset in J. fisci, cujus tn. aliàs multa specialia, ut patet *ex t. t. ff. & C. de J. fisci it: C. de privil: fisci:*

7. In Contractu Empt: Venditionis.

63. Porrò cum maximam quoq; in se habeat æquitatem, ut impleto à parte venditoris contractu, & traditione factâ, emptoris cunctatio omnino removeatur, optimâ ratione constitutum est, ut mora statim, naturâ ipsius contractus, absq; ullâ venditoris admonitione ex Re oriatur, & licet quidem non statim omne interesse venditoris, pretium sc. non solutum esse, ut, si negotiator sit, *l. ult. ff. de peric: & comm. rei vend.* Usuræ tn. intermedij temporis, etiam si ex morâ, ullum incommodū senserit venditor, *Hillig. ad Donell. 13. comm. 5. lit. c.* ab emptore præstentur *l. 5. C. de act. empt.* quæ lex ut ut minoris tantum faciat mentionem, cum

ejus-

ejusmodi constitutiones Cod. non omnes sint generales, sed pl. rescriptiones tantũ ad propositã facti speciem, non poterit majores qui eum contractum inierunt excludere, uti præterea *l 2. C. l. 18 §. 1. ff. de Usur. l. 13 §. 20. ff. de act. empt. l. 13. C. eod. Paul. 2. sent. 17. §. 9.* (quæ omnes generales, nec vel interpellationis vel etiam moræ κατ' ἐξοχὴν sc. ex personâ meminerunt) expressè approbant, ut etiam hanc sententiam communem esse tradant *Socin. in l. 5. n. 13. ff. solut. matr. Covarr 3. V. R, 4. n. 1. Hakelman. D. π. 12. th. 22. lit. B.*

64. Et hoc quidem in tantum verum putamus, ut *Salicet ad l. 3. C. in quib. caus. rest. n. 3.* quem refert ac sequi videtur *Bachov. ad Tr. V. 2. Disp. 3 th. 6. lit. C.* & alij Dd. in majoribus id limitãtibus, quod non statim, sed tum demum, cum fructus (qui admonere emptorem debeant de faciendâ pretii solutione ut ait *Hunn. ad Tr. d. loc. q. 28. in fin. fere*) ex re traditâ percipiuntur, mora ex Re veniat, adstipulari non possimus, cum semper illud maneat, eum potuisse ex re traditâ usum vel fructus percipere & hoc tantum expectare debeamus, an habeat facultatem fructus percipiendi, ut expresse dicit *Jctus in d. l. 13. §. 21. de act. empt.* Quid? si illis nos accommodaremus, idem in minoribus obtinere *ex d. l. 5. C. d. t.* dicendum esset; quod tamen nec ipsi admittunt, sed statim ibi morã ex Re fieri volunt, ut ita hanc limitationem, licet eam ipsam veritatem esse dicat *Baver. de morâ P. 2. n. 12.* cum *Dn. Arum. d. c. 4 n. 5.* meritò rejiciamus. *Contracta etiam à majore.*

65. Quid autem Juris? an etiam hoc quod jam jam dictum, in omni contractu bonæ fidei, de quo *inf th. 67.* vel ultro citroq; obligatorio, morã sc. ex re ibi fieri, obtinebit? Ita volunt *Dd. comm.* Unde *Bart*, nota, inquit, in contractib9, in quibus ultro citroq; aliquid additur, si unus implet contractum ex parte suâ, alius est in morâ reipsâ sine interpellatione: Quod probant etiam *Menoch. 2. A. J Q cas. 220. n. 22, Arum. d. loc. item Lib 1. decis. facult. Jenens. 3 n 13. Gomes. de act. §. actionũ n. 19. in pr: Hunn. ad Tr. d. l. Borcholt de V. O. c. 7 & 8 &c.* & satis etiam probabiliter ex identitate rationis disputari posse non equidem inficior nisi *in d. l. 13 § 20. ff. de act. empt.* id quasi singulare in contractu emptionis esse indigitasse Jctus Ulp. videatur, & nobis religio, odiosa, uti certe hæc materia moræ, Juris singularia, & à Jure comm. exorbitantia, inter quæ hanc ipsam moram ex Re refert *Hunn. d. l. q. 29. §. contraria tamen*: absq; ll. expressis extendere *l. 19. de lib. & postum. Dyn. in c. Odia de R I in. 6.* præsertim cum favor aliquis singularis & Jure approbatus, ut in Ecclesia & republ. *Non v. in cæteris contractibus* διπλεύροις.

th. 60. 61. (quibus magis ex æquitate subveniendum, quàm majoribus, qui sibi, suæq; negligentiæ, quicquid damni capiunt, imputent, *l.* 203. *ff. de R. J.*) id non exposcat, cum etiam parum fere singularis haberet pupillus contra *l.* 3. C. *in quib. caus. rest.* si adeò latè recepto Jure moram ex Re fieri velimus, & ita quoq; cum *Cyn. in d. l.* 3 quem allegat, sentire videtur *Bachov. d. loc. th.* 6. *lit.* C.

2. *In Societate.*

66. Cum autem moræ maximus effectus, nec tamen facile comminiscenda, nostrum erit, casus in Jure expressos alios breviter afferre: Et quidem cum societas speciem fraternitatis in se contineat, *l.* 63. *pr. ff pro soc.* quæ uti bonam fidem requirit, ita damnum culpâ datum non relinquit inultum *l.* 52. *§.* 1. *&* 2. *ff. d. tit.* & omnia ex justo & æquo pensitat; unde non permittit communem bonâ f. collatam pecuniam invadere & in proprios usus convertere, sed si id fiat & quidem dolo malo, furti quoq; actio locum habebit *l.* 45. *d. t.* absq; dolo v. communiter receptum est. eo casu ex re moram committi *l.* 1. *§.* 1 *ff de Usur.* Ita, ut usuræ, tanquam interesse debeantur, non qs. per stipulationem promissæ, sed propter moram admissam *l.* 60. *pro soc.* nec quidem ex personâ, sed ex re ipsâ & facto; hinc est quod illius moræ contemplatione pro non morâ habeatur, uti *supr. th.* 52. diximus.

3. *In deposito.*

67. Illud etiam in depositio singulare putamus, quod absq; interpellatione ex re statim mora, ad usuras præstandas, se offerat, si quis ipso depositio, invito vel ignorante Domino, quem tamen consensurũ nõ improbabiliter putaverat *§.* 7. *J. de obl. quæ ex delict.* usus sit *l.* 3. *l* 4. C. *depos. it l.* 28. *in fin. ff. eod.* Nec sanè absq; ratione propter exuperantiam bonæ fidei, quæ in hoc contractu requiritur, adeo, ut magis sibi gratulari debeat, quod eo casu furti actioni non fiat obnoxius, ait *Imp. in d. l.* 3. Num a. idem in alijs b. f. judicijs obtinere debeat? merito *propter th.* 65. dubitamus; Voluisse id videtur *Gothofr. in not. ad d. l.* 28. *lit. E.* sed verba final. *d. l.* 28. optimè ad propositum casum restringimus, deberi sc. ex eo, tanquam ex b. f. judicio usuras, aliàs n. si permissu Domini quis pecuniâ utatur deposita, nõ statim morę ex re volumus locũ dare, sed ei, quæ fit per interpellationẽ, ut in cæteris b. f. judicijs *l.* 25 *§.* 1. *l.* 29. *§* 1 *ff. depos.*

Non a. in aliis b. fidei judiciis.

10. *In distracti pignoris superfluo.*

68. Porrò nec hoc prætermittendum, si cui pignus obligatum, illudq; eveniat, ut vel ex pacto, vel post legitimam denuntiationem creditor, ad suum consequendum creditũ, distraxerit; Quod ipsum cum debitor prohibere neqveat *tt.* C. *debit. vend. pign.* tamen nevalde luctuosus hic casus ei sit, constitutum, ut superfluum ex vendito pignore, quod dolosè minoris alienari nequit *t. t.* C. *si vend. pig. ag.*

ipsi debitori, ad quem scit vel scire debet creditor id modis omnibus pertinere *arg. l. f. C. unde vi* restituatur *l. ult. §. 5. C. de ℑ dom. impetr.* cum usuris *l. 42. ff. de pig. act.* & quidem statim ex eo die, quo creditor pignora distraxit, *l. 40. ff. de Usur.* Unde & quis merito hoc casu moram ex re fieri dixerit *l. 7. ff. de pign. act.*

69. Sic quoq; in pecuniâ trajectitiâ mora ex Re sine interpellatione oritur, si nemo sit, qui ex parte debitoris interpellari possit, *l. 2. ff. de naut. fœn.* quod tamen generale esse, & in aliis quoq; aliarum pecuniarum debitoribus locum habere probat, *l. 23. in fin. ff. de Usur Hunn. ad Tr. V. 2. D. 3. th. 6. lit. C.* dummodo testatò id ipsum complectatur *d. l. 2.* i.e. testibus probet, *l. 25. §. f. ff de adult. l. 2. C. de ann. exc.* ut ita hîc protestatio loco petitionis sit *Gothofr. ad d. l. 2. de naut. fœnor. lit n.* Hinc quoq; si tutor non compareat, ut interpelletur, pupillum hoc modo in morâ constitui, jure benigno voluit *Giphan ad l. 24. de V. O. perl. 56. §. f. de evict.* qui tamen aliàs à mora ex personâ excusatur, juxta *th. 81. 83.* 11. *Si nemo ex parte debitoris interpellari possit.*

70. Ut a. brevitati, quantum fieri potest, studeamus, rectè cum *Arum. d. c. 4. n. fin.* hujus quoq; moræ exemplũ esse *in l. 20. §. 11. ff de hæred. petit.* (ubi hi qui se hæredes esse existimant, postquam resciverint, etiamsi ipsis nondũ denunciatum sit, fructus, imo, quod magis est, usuras, pecuniæ ex bonis hæreditarijs distractis redactæ, præstare tenentur *Paul. 1. Sent. 13. §. 8.*) arbitramur. Idq; non modo in casu Fisci obtinere; sed pace *Arum. & Menoch. 2. A. ℑ Q. cas. 220. n. 8.* etiamsi ad privatos pertinere hæreditatem postmodum cõpertum sit, idẽ juris esse, expressè satis *d. i. 20. §. 9. ff. l. 1. C. d. tit.* innuere videntur. 12. *in l. 20 §. 11 de hæredit. petitione.*

71. Sic quoq; *in l 38. §. 1. ff. de Usur.* mora ex Re ostenditur: Vult enim Jctus Paulus fructus fundi, dotis causa dati, nuptiis non insecutis, dum tamen sperabantur, perceptos restituendos esse, quod certe etiam absq; morâ *l. 7. in fin. ff. de condict. caus dat. caus. non secut. l. 22. l. 35. de V. S. l. 6. solut. matr.* Si a jam certum, nuptias non sequi & affinitas renunciata, fructus & hic absq; admonitione, licet sponsus fundum velit negligere, restituendos dicit Jctus; cum sciat, vel scire debeat, propter causam datum, causâ non subsecutâ, omninò restituendũ esse *arg. l. f. C. unde vi* idq; favor dotium, cujus causa multa alia singularia recepta, requirat. 13. *In l. 38. §. 1. de Usur.*

72. Sunt a. præterea & alij casus passim in jure nostro, ubi usuræ absq; stipulatione vel expressâ interpellatione debentur: Sic in contrariâ actione Tutelæ usurarũ ratio habetur *l. 3. §. 1. ff. de contr tutel.* In negotiorum gestorũ actione itidem eæ veniunt *l. 19. §. 4. l. 31. §. 3. l. 37. §. 1. ff. l. 18. C. de neg. gest l. 37. de usur.* Et redhibitoria actio *Alij casus singulares.*

ut emptor indemnis discedat *l. 27. de ædil. Edict.* suâ naturâ usuras pretii soluti requirit *l. 29. §. 1. d. t.* Et si ejusmodi sunt casus alij, quos omnes huc afferre non vacat. An a. inde mora ex Re colligatur? totus dubito, cum cæteros effectus moræ hisce casib. & similib. applicare, exemplo durum, ne dicam, iniquum esset.

14. *in delictis.*

73. In delictis quoq; summo adversus detinentes odio, ex Re statim mora contrahitur, uti in furto *l. 8 l. ult. ff. de cond. furt.* Rapinâ, tanquam improbo furto *pr. & §. f. ff. de vi bon. rapt.* crimine abacti pecoris *l. ult. C. de cond. ob turp. caus.* per vim possessionis occupatæ *l. pen. ff. de vi & vi armat.* & similibus, cum hi omnes scire debeant, se invito domino rem contrectare, & ad eum modis omnibus pertinere *l. ult. C. unde vi. l. 25. §. 1. solut. matr.* ut frustra amplius de domini voluntate certiorentur *l. 1. in fin. de act. empt.* unde Demost. furi dicenti, nesciebam quod tuum esset, respondit, at tuum non esse sciebas, ne ex suâ improbitate & delicto emolumentum aliquod consequantur *l. 5. ff. de calumn.* Et sic in omni contractu, ubi tale delictum intervenit, non respectu contractus, *ut in l. 3. C. depos.* sed ipsius delicti, moram ex Re fieri non negamus. Et huc quoq; pertinent, quæ de prohibito pignorationis actu, periculum sc. ad pignorantem spectare, eruditè habet *Gail. de pignorat. obs. 18. n. 4. 5.*

Non verò in casu l. pen. de Usuris.

74. Et hisce præcipue casib. putamus moram tantum ex Re fieri; quamvis sciamus, casum præterea ejusmodi moræ in *l. penult ff. de Usur.* ponere *Dd. Menoch. d. casu 220. n 15. Arum, d. loc. n. 48.* Ubi hæredes mulieri, cui in testamento Ususfr. relictus, accusatione impedimento fuerunt, quo minus statim legatum petere potuerit, detectâ a. falsitate respondet JctusScævola, non modo legatum, sed etiam fructus præstandos esse. Verum enimvero si diligentiori trutinâ rem pensitaverimus, non certe ex fructuum restitutione illud nobis indubitatum erit, æque enim per incertum incertum probatur, cum maximè præjudicialis sit controversia, de quâ nondum ad hunc usq; diem inter celeberrimos Jctos convenit, quomodo fructus legatorum veniant, ut videre est *apud Gothofr. ad l. f. C. de usur. & fruct. leg. Graff. ad §. legatum q. 71. Vasq. de success. Fab. Bachov. Hunn. Riem. & alios Neoter.* Nos quod proprium hujus materiæ videbimus. Et quidē cum hic ususfr. legatus, hic autem post aditam hæredit. cedat *l. 2. ff. quand. dies leg.* ita, ut tunc rectâ viâ transeat ad legatarium *l. 64. de furt. l. 80. de leg. 2.* fructus quoq; Jure Dominij, præsertim cum sit in m. f. hæres, absq; ulla fictione moræ, venire putamus *l. 22. l. 35. de*

V. S. l. 137. §. 1. *de R. J. de quo pl. inf. th.* 102. *& seq.* quamvis si per interpellationem mora probetur, etiam percipiendi restituendi sint *l.* 39. §. 1 *de leg.* 1. ad quos tamen alias non teneri hæredem regulariter volunt leges *l.* 23. *ff. de leg.* 1 *l.* 18. *pr. ad Sc. Trebell.* ita nos passim mirè inter se dissent. Il. accipimus; indeq; nobis certum *in d. l. pen. de Usur.* moram ex Re non probari.

75. Quod autem in debito vel facto jurato moram ex Re fieri arbitrantur Dd. quos prolixè refert ac sequitur *Bertach in repert. suo verb. juram. effect.* ut communem esse dicat *Menoch. d casu* 220. *num.* 21. minus approbamus, sed rectè cum Dd. quos allegat *Arum. d. l. n.* 46. statuimus, quod licet juramentum ad firmitatem & efficaciam obligat, multum facere nō inficiemur, moram tamen minimè procreare, cum sit tantum accessorium obligat: quod naturam ejus actus, cui adjicitur, & quidem primordialem non accidentalem *Covarr. 3. V. R.* 17. *n.* 7. sequi & minimè excedere debet *l. f. C. de non numer. pec. Wes. in π. de jurejur. n.* 13. Cum tale jùramentum novā obligat, inducere & diversum quid ab obligatione, cuj accesci t, operari nusquam inveniatur, imo notissimi Juris sit, vasallum Domino jurato servitia promittere *c. un.* 2. F. 7. ea a. si non requisitus, præstare non cogi *c. licet* 2. F. 26. textus quoq; sunt expressi *in c* 9. *c.* 17. *extr de Jure Jur.*

Nec in debito jurato

76. Sic Dd. *Socin. sen. Sadoletti & alior.* quos refert & probat *Menoch. d. casu* 220. *n.* 25. numerus & authoritas nos non deterrebit, quò minus intrepidè *cum eodem Arum.* geminatâ promissione moram ex re non committi statuamus, quamvis enim maximam energiam illam geminationem ex Dd. sententia arg. *l.* 32. *ff. ad Sc. Trebell.* habere non diffiteamur, ut sit majoris effectus, quam dispositio universalis *Cravet. Cons.* 101. *n.* 4. & ampliet effectum dispositionis *Bl. in l. fructus C. de act. empt.* quemadmodum multa alia singularia habet *Everh. in Top. loc. à vi geminat*: quæ imitatione magis, quàm judicio nostros tradere dicit *Arum. d l.* Novi tamen quid contra naturam contractus, cujus gratia facta, illam geminationē, præsertim in hac materia, ubi stamus Regulæ; interpellatione tantum moram induci, nisi speciali Jure ex Re veniat, importare, nobis nondum persuasum habemus: Cum enim obligatio talis pura, suâ naturā nō faciat moram, neq; per illam geminatam promissionem, quâ tantum, ut de juramento *super th.* diximus, firmior efficitur, illam inducere poterit; verba quippe ultra intentionem contrahentium operari non debere notissimum, *Zas. 1. sing resp.* 6. 6.

Minus in geminatâ promissione

Tan-

In morâ ex Re an laxamentum temporis indulgendũ?

77. Tantum etiam de Morâ ex Re; Ad alia me conferrem, nisi hoc prius addendum esset, uti *th.* 37. 50. pro subjectâ materiâ, modo tempus aliquod indulgeri æquissimum diximus, modo contra nullum spatium amplius concedendum voluimus, ita hic idem nobis in morâ ex Re usu venire, & quidem, in quib 9 casibus lex certum diem ut in *th.* 3 *& seqq.* præfinivit, ut sic tempus futuræ moræ prævideri possit, cessetq; ita ratio inductiva, cur aliquod spatium permittendum: vel etiam summum odium, ut in delictis, *th.* 73. illud exposcere videatur, cum semper fur moram faciat *l.* 8. *l ult. ff. de cond. furt.* ex ipso etiam tempore delicti *l. pen ff. de vi & vi armat.* & pro delictis nullus favor, sed pœnæ & odium rectè in jure reperiantur, laxamentum temporis non concedimus: In cæteris a. casib. illud non possumus denegare, ibi n. verissimum quod Jctus *l* 35 *pr. de negot gest.* aliquid temporis præterire debere, quo cessare debitor videatur; Nõ enim acerbum exactorem, nec contumeliosum se præbeat, sed moderatum, & cum efficaciâ benignum, & cum instantiâ humanum *l.* 33. *ff. de usur.*

Arbitrium judicis num excludendum?

78. Illud autem minimè prætereundum, cum maximè controversum, sicut *supra th.* 35. *in fin.* arbitrium judicis in morâ ex persona necessariũ putavimus, an idẽ in mora ex Re obtinere debeat? *Menoch* 2. *A. J. Q. cas.* 220. *num.* 7. declaratoriam judicis sententiam hic omnino requirit, utpotè quæ communiter in casib. illis, in quibus ipsum jus operatur & in notoriis à Dd. desideratur *text. est in c.* 19. *de hæret. in* 6. *passim Dd. quos multos habet Menoch. d. loc.* Verum, licet de Executione illud meritò accipiamus, quæ non permitti singulis, sed per magistratum expediri debet *l.* 176. *de R. J. l.* 13. *§. 3. de usufr.* de commissione tamen & constitutione in hisce casibus moræ ex Re, ut & ubi dies expressè vel conditio adjecta, minimè id probamus *Arum. c.* 3. *in fin.* Cum hic partes suas nullas interponere queat Judex, sed substantiam capiant ex solo tempore tardæ solutionis *l.* 3. *C. in quib. caus. rest.* nec etiam hic ea concurrant, ut in morâ ex personâ, quæ possint desiderare declaratoriam sententiam, cum præter tempus nihil aliud requiratur, idq; ll. definitum, quare certè in potestate judicis non erit, *l.* 15. *ff. ad municip.* id enim quod fit per leges, non desiderat hominis sententiam *arg. l.* 4. *l. ultim C. in quibus caus. rest. l.* 3 *C. si adverſ. libert.* Ut itaq; diverso respectu benè sunt compatibilia, ipso jure aliquid fieri & tamen

tamen declaratoriam sententiam accedere, quemadmodum prolixè & eleganter ostendit *Rittershus. part. feud. L. 2 c. 6. quæst. 15.* 16. Ità contrà in nostro casu, uno eodemq; modo plenè contraria putamus: Nisi forsan quis & ad hoc arbitrium judicis, numne justas habuerit differendi causas debitor, nu mvè facti species & casus talis, ut jus constitutum ei rectè ac justè applicari possit, necessarium dixerit, cuj non repugnamus, cum hic jam quid adsit, quod arbitretur.

79. Postquam intellexit prudens jùdex moram esse commissam, intuebitur, an is debitor aliquâ excusatione se ipsum defendere possit? quam excusationem debitor proponet ac probabit ut monet *Menoch. d. l. n. 46.* Ut itaq; hisce missis accedamus jam ad causas quib. debitor à mora merito excusari debet; Sciendũ in genere, si justas differendi & recusandi causas habet, nihil æquius esse, etiamsi legitimè interpelletur, vel etiam ex Re mora veniat, quàm ut ab eâ, eiusq; gravissimis effectibus, immunis sit: Non autem quævis frivola allegatio, maximo cum ipsius creditoris detrimento, attendenda, sed talis, quæ L L. probata vel in ipsâ æquitate fundata, quam circumspectus judex diligenter, pro facti circumstantiis, examinabit, quantumq; ei tribuendum æstimabit, ut hîc meritò judicis arbitrium, cum inter partes de eâ contentio, accedere necesse sit. Si n. unquam verum, hîc certum quod Pomponius scripsit, difficilem esse hujus rei definitionem *l. 32. ff. de Vsur.* cum natura novas properet rerum edere formas *l. 2. §. 18. C. de V. I. E. 2. F. 24 §. 2. vers. prædictũ.*

Mora a. non committitur, *si adsunt.*

80. Imprimis autem hoc sciendum, quod eruditè monet *Bachov. ad Treutl. V. 2. D 3. Thes. 7. lit. E.* Ubi justa recusandi causa, ibi nec moram committi, nec adeo de morâ disputari posse. Est autem **justa recusandi causa**, si vel ipsa obligatio habeat in se diem & conditionem, de qua in *thes. 37.* vel si is, qui interpellatus vel quem debere putamus, conveniri vel exigi nequeat; Mora quippe non est ubi nulla petitio i. e. actio *l. 88. de R. J. l. 127. de V. O.* quod non modo fit, si vel perpetua vel etiam dilatoria aliqua obstat exceptio *l. 40. in fin ff. de R. C l 21. ff de Vsur. l. 112. de R. J. cap 60. de R. J. in 6.* quâ petitoris intentio retundi ur & reus contra adversarij tela tanquam clypeo & scuto defenditur, ut eleg. loquitur,

1. *Justæ recusandi causa, uti*

Vel ratione obligationis.

Rit-

vel respectu personarum, sc.

Rittersh. in tit. J. de except. sed etiã, si respectu personarum vel etiam turpitudinis obligatio nulla; ex obligatione n. petitio, ex petitione mora nascitur, ideoq; ubi nulla obligatio, ibi nulla petitio, ubi nulla petitio, ibi nulla mora, ut rectè colligit *Goth. ad l. 127. de V. O. lit. s.*

In Personâ Pupilli.

81. Ex quibꝰ quid statuendum, an pupillus moram faciat? dubiũ non immerito suboritur. Cum a. nobis adhuc certum sit, facere potius cum doctiss. Cujac. pupillum regulariter ne naturaliter quidem obligari. *l. 41. ff. de condict. indeb. l. 59. de O. & A* quàm cũ Donell. ejusq; sequacib. naturalem, quæ non modo consensum, sed etiam æquitatem desiderat *l. 95 §. 4 ff de solut.* in ejus persona verè agnoscere obligationem, absq; hæsitatione, eum omni moræ merito eximimus *fac l. 127. ff. de V. O.*

itẽ ejus qui tantum naturaliter obligatus.

82. Imo hoc magis dicimus, non satis esse ad morã ut obligatio adsit, sed requiri ut etiam efficax sit ad agendum: quid enim si tantum naturalis subsit obligatio? Sanè cum ea solo æquitatis vinculo. *d. l. 95. §. 4. de solut.* & jure gentium *l. 84. § 1. de R. I.* sustineatur & tantum exceptionem non actionem producat *l. 7. § 4. de pact. l. 11. C. de pact. conv. tam sup. dot.* quod omnibus certum & communiter in ore, ut dicit *Riemer. dec. 9. q. 2.* unde etiam quib. natura debetur, non esse loco creditorum vult *Vlp. in l 10. de V. S. pl. Rittersh. ad pr. J. de oblig.* mora a. non committatur ubi nulla actio *Jur. Vulg.* rectè concludimus, nullam hic fieri moram.

Quid si contra pupillum detur actio?

83. Sed antequam hinc discedamus, non possumus, nisi invitis lubentiis, hoc propter singularem usum intactùm relinquere, cum diximus pupillum regulariter non obligari, nos non hoc ita dixisse, quasi negemus, dari singulares in Jure nostro casus, quos tamen hic adjicere ab instituto alienum, quib. non modo obligetur, sed etiam adeo, ut & actio in eum ex Rescripto Divi Pij detur *l. 5. pr ff. auctor. & cons. tutor. l. 3. pr. ff. commod.* Quid autem jam juris sit, si tali casu vel etiam ubi consensu & authoritate ipsius tutoris civiliter obligatus est *pr. J. de auth. tutor. l. 13. ff. eod. l. 43. de O. & A.* Pupillus interpelletur? anne tunc moram facere poterit? Videbatur ita dicendum. Verum, cum constet pupillum nihil in diminutionẽ rerum suarum facere posse *l. 9 ff. de auth. & cons. tut. pr. J. eod.* quæ tamen effectu moræ considerato ipsi contingeret, moram etiam suprà diximus, esse frustrationem absq; impedimento, hic autem Jus civ: omnẽ alienationẽ & solut. absq; tutoris authoritate impediat *d. l. 9. §. f. J. quib. al lic.* certè pupillum, nisi & ipse tutor interpellatus, moram facere non posse dicemus *l. 24. de V. O.* qui textus tam ma-

manifestus, ut cum *Angel. & Cuman. in l. 23. d. t. de V. O.* illum casum, ubi pupillus ex facto alterius obligatus, puta si parenti vel alij heres extiterit *l. 5. §. 6. ff de reb. eor. qui sub. tut t. t. C. quand. decret. opus non est* excipere non possimus, cum generaliter, nullius rei alienatio, quæ & hoc casu ipsi posset esse damnosa, forsan propter jus retentionis vel Falcidiæ, sine tutoris authoritate concessa sit *d. §. f. J. quib. alien. lic. d l. 9. ff. de auth. & cons tut Vid. th* 42. & 69.

84. Hæc quidem de pupillo. Quid a. si minor h. e. qui 14. annum egressus, interpelletur? hîc ut intra terminos nos contineam, ex *l. 3. C. de in integr. restit.* distinguim⁹ inter eum qui curatorem habet vel non habet: Hunc, cum nihil prohibeat quin etiam contractū Jure Civ. perficere ipse possit, moram incurrere nō negamus, incommodum tamen ex eâ proveniens, restitutione in integrum avertet, *d. l. 3. Baver. de mora c. 3. n. 12.* Illum autem, cum curatori administratio rerum concessa, *l. 20. de rit. nupt.* adeo ut quoad alienationem, hic minor ei, cui à Prætore bonis interdictum, non absimilis dicatur *in d. l. 3.* & ita justum à LL. habeat impedimentum, moram non incurrere putamus. *Quid in personâ Minoris? Distinge.*

85. Et hisce ferè casibus justa est recusandi causa, adeò ut mora planè non committatur nec disputari de ea possit *sup. th. 80.* Sequūtur jam **justæ & approbatæ differendi causæ**, quæ diligentiori curâ coram judice examinandæ sunt, cum pro locorum & temporum circumstantijs variæ. Quales præcipue in jure extant, si debitor debitum quidem agnoscit, nemo a. adest qui solutionem recipere queat *l. 1. §. 9. ff. de Usur.* vel quidem adest, ipsi a. tuto solvi nequeat, ut pupillo sine tutoris & Magistratus auctoritate *l. 25. C. de admin tutor. l 17. §. 3. de Usur. l. 15. de solut. §. f. J. quib. al. lic.* furioso *l. 5: de R. J.* prodigo, minori *l. 7. §. 1. de minor. l. 1. C si adverſ. solut.* vel procuratori, qui procuratorium mandatum ostendere nequit. *l. 13. pr. depos.* vel etiam si heres creditoris, non factâ fide se heredem esse, interpellat debitorem *d. l. 13. Menoch. cas.* 220. *n. pen.* aut etiam propter hoc solutionem debitor differt, donec amicos, ut postmodum solutioni factæ testes sint, roget, vel fidejussores, ut se solutione liberatos agnoscant, vocet, *l. 11. de Usur.* dummodo fraudandi animo id non simuletur *l. 22. de Usur.* (quam excusationem hodie vix procedere volunt, cum per Apocham vel restitutionem obligationis debitor satis tutus esse possit *l 4. l. 14. C. de solut.*) vel etiā, si debitor interpellatus subitò reipubl. causa abest, ut defensionem sui aut solutionem mandare non possit, sive etiam *2. Iuste differendi causæ, etiamsi debitum. Scias.*

in vinculis hostiumvè potestate esse cœperit *l. 17. §. 3. l. 23. de usur.* vel aliâ vi majori, cui resisti nequit, impediatur.

Vel ignoret 86. Sic quoq; & illum à mora excusat jus nostrum, qui probabiliter debitum ignorat *l. 99. de R. J.* V. C. si in ejus, qui verus debitor, neq; antea interpellatus *vid. th* 42. locum succedat *l.* 42. *de R. J.* vel etiam ex facto procuratoris, nec dum tamen ei cognito, obligatus sit, & ob id, donec probetur vel etiam aliâ justâ & probabili ex causâ, puta, debitum adhuc sit illiquidum *Dd. in l. acceptã* C. *de usur. Gail.* 2 O 19. *n.* 8. sine dolo ad judicium provocet *l.* 24. *l.* 27. *de Usur. l.* 63. *de R. J. l.* 3. *§. 5. ff. quod vi & clam.* paratus id statim accipere nec ulterius tergiversari, si paruerit, dare facere se ei oportere, *Matth. Steph. ad d. l.* 63. *de R. J.* quod n. jure retinere possum vel me posse puto, nisi convictus, dare non teneor *Gædd. ad l.* 12 *§.* 1 *de V. S. n.* 9. *in fin.* secus tamen, si dolo malo id faciat, lites ex litis ferens, simuletq; se judicio contendere, adhoc tantum, ut præsentem solutionem evadat hujusmodi quæsito colore *Matth. Steph. dic. loc.* qui ita litigare maluit, quàm restituere, non dubium quin mora faciat, *l* 82 *de V. O. Geil.* 1. O 24. *de arrest. c.* 13. *n.* 2. & insuper in expensas damnari debeat *l.* 73 *de judic. l.* 33 *§. f. de Episc & cler.* cũ justa causa sit, propter quã intelligere debet, se dare oportere *l.* 5 *de R. Cred.*

Vel prætendat 87. Hæc & alia multa prudentis judicis, ut diximus, arbitrio sunt relinquenda *l.* 32 *de Usur.* qui nõ modo hasce LL. expressas causas ponderabit, sed & honestas & receptas statutarias constitutiones, imò singularia quędam debitoribus, ex causa, concessa privilegia diligenter attender. Hinc cùm Arrestum illud Saxon: per totam ferè Germaniam invaluit, ille debitor, apud quem alterius debitoris creditum judicis auctoritate per apparitorem arrestatur, etiam sæpius interpellatus, cum auctoritati magistratus, à quo soluere id prohibitus, parere necesse habeat, à morâ merito excusatur *fac. l. f. ff. de lege commiß ibiq; Gothofr. lit. p.* prolixius de Arrestis *Peck. de jure sist. Gail. in tr. de arrest. & alij.*

Arrestum.

Vel Moratorium indultum. 88. Sic quoq; Indultum moratorium, quod in annum, biennium aut quinquennium impetrari solet *l* 2. C. *de precib. imp. offer.* & hodiè adhuc viget, respectu sortis à morâ debitores merito liberat, nullam n. pœnam meretur quod legitime i. e. secundum constitutiones factum *l.* 5. C. *de adult.* In quibus a debitis solvendis id locum non inveniat, sed nihilominus debitor in morâ constituatur, nimis longum esset hic recensere, solent quædam causæ debendi in ipsâ concessione harum induciarum excipi, prolixe etiam eas referunt

runt & quando quis indignum se reddat isto beneficio, examinant *sup. th.* 3. laudati *Dd.*

89. Illud autem ut ponderosum ita hic minimè prætereundum, Num difficultas solvendi extra cas. *th.* 85. *& seq.* debitorem excuset ab utraq; morâ? mirè Dd. hæc difficultas torsit, ut non minus difficilem quàm necessariam hanc Q. dixerint. Debet enim si quis solvere, sexte, potest, jocatur *Marcial* Et quidem, cum ea quæ sunt difficilia impossibilibus annumerentur teste *Arist. 5. metaph. l. 55. fam. ertisc.* ut posse non dicamur quod possumus cum difficultate *gl. in S. pænal J. de act.* non quidem per naturam, sed & propter impedimentum obstans *l. 4. §. 1. de stat. lib.* unde etiam dicitur impossibilitas civilis & legalis ut ex *Zas.* refert *Reinking de R. S. & E. L. 1. cl. 5. c 2. n. 32.* & à perjurio nos excuset ex crebriori Dd. opinione teste *Covarr. ad c. quamvis de pact. in 6. Hillig. ad Donel. 22 comm. 9. lit. m. in med Rittersh. in differ jur. civ. & can.* L. 5. c. 19 nō possumus plane à *gl. Br. Alex Zas. ad l 5 de* R. C. *Hieron Butigel. ad l. 22. d. t.* & communi affirmantium Dd: opinione recedere, neq; tamen etiam in omnibus simpliciter cum illis facere. *Difficultas excusat.*

90. Ut itaq; destincte procedamus, non omnino nobis displicet *Br. ad d l. 5. de* R. C. traditio, quod ubi factū est in obligatione absq; dubio verum sit quod *th. super.* diximus, si sc. aliquis ab alio vel etiam à morbo impediatur *l. f. §. 1. ff. de L. Rhod. de jact. l. 5. pr. ff. de cond. caus. dat. caus. non sec.* cum n. tale factum sæpe in se tacite contineat diē, ut habeatur ratio temporis, ætatis, sexus & valetūdinis *l. 137. §. 2. de V. O.* nihil certe æquius est, cum difficile id fieri possit, quàm ut ejus quoq; ratio habeatur, & justum sit impedimentum quod à morâ liberet; cum ita promissum videatur, quatenus commodè fieri queat, & impossibilium nulla obligatio *Jur. vulg.* imò ille conditionem impleviſſe videatur, per quem non stetit quò minus fiat *l. 8. l. 14 ff. de cond. & demonst. l. 1. C. de his quæ sub mod. leg. l. 1. pr. de aur. leg. l. 161. de R. J. c. 41. c. 66. de R. J. in 6.* *Si in obligat: est factum.*

91. Ubi a. est datio in obligat: & tunc aut debetur species certa & difficultas quoq; impedit moram *l. 5. de* R. C. *l. 47. de leg* 1. cū hæc non semper sit in potestate debitoris, quando velit dare, sed necesse habet expectare tempus, quo per rerū naturam dari possit *fac. l. 115. §. 2. de V. O.* quid n. si testator alienam rem legavit? quod uti potest & heres redimere cogitur § 4. *J. de leg.* etiamsi difficilis ejus paratio sit *l. 39. §. 7. de leg.* 1. uti si etiam res hostium legetur l. 104. §. 2. *ff.* Nā nemo dixerit interpellatum statim in morâ esse, si protinus *Vel species certa.*

non potuerit redimere, sed aliquantulum differat, donec venditor persuadeatur, vel alio modo res promissa præstari queat *l.* 71 §. 3. *de leg.* 1. & hactenus quidem Bt. cum *Dd. prælleg.* consentit.

Quid si quantitas? an tunc difficultas excusat?

92. Sed quid? Si in dandi obligatione versetur quantitas? difficultatem hoc casu non excusare à morâ auctor est *Br. d. loc.* quem *Angel. Imol. jas. in l.* 5. *ff. de* R. C. secuti, communem esse, imo magis communem opinionem referunt, ut videre est apud *Graß. L* 2. *comm. opin. q.* 10. *tit.* 1. Contra v. eandem hanc *Br.* limitationem ut iniquissimam *Covarr in c quamvis de pact. in* 6. nec statis juridicam *Arum. d. l. c* 6. *n.* 22. rejiciunt *Salicet. Raphael. Decius in d. l.* 5. *& pl. alij.* Quid faciendum? Sanè id simpliciter contra *Br.* affirmare durum esset respectu creditoris, qui ita inanes sæpe haberet act. ne dicam, quot technæ, quot fallaciæ hoc prætextu committerentur, quibus tamen provinciam carere Præsidis est providere *l.* 3. *ff. de off. præsid.* quomodo unquam Usuræ venirent à temporæ moræ juxta *l.* 32. §. 2 *de Usur.* si difficultas excusaret à mora? quis enim illam non allegaret? imo quod magis nos movet, notissimi est juris, post quatuor menses à die condemnationis & confirmationis sententiæ, qui indulgentur propter difficultatem solvendi, usuras currere *l. ult. C. de Usur. rei Jud.* quæ non deberentur, si difficultas à mora, utpote quæ ibi est causa usurarum, excusaret, nec ignotum ex *l* 77. *de V. O.* difficultatem quæ oritur ex morte promissoris non excusare, licet hereditas nondum adita, ut ita nondum imputari quicquam possit heredibus, idemq; Labeo in *l. f. ff. de naut. fœn.* firmat. Quid E? Novimus tamen multa etiam esse privilegia paupertatis & difficultatis: Quare non peccare videmur, si *arg. l.* 2 §. 8. *ff si quis caut. l.* 38. *pr. de R. V.* 2 F. 24. *c* 2. §. *prædictũ* ut aliàs fieri solet, cum certis regulis res involui vix possit, hanc litem, causa cognita, arbitrio judicis relinquamus, qui variè ex personis & causis statuet, dum tamen quod *Bl.* (qui opinante *jas.* nihil ignoravit) eruditè censuit *in l* 2. C. *de sent. ex peric recit.* duplex habeat sal, Scientiæ, sine quo insipidus & Conscientiæ, sine quo est diabolicus.

Arbitrio judicis id relinquendum.

Qui considerabit causas debendi.

93. Considerandum enim omnino videbitur à judice, Num provenerit obligatio ex causa onerosa, Empto Vend. locato, mutuo, &c an v. ex causa lucrativa, ut pro ea nihil creditori absit. Hoc casu faveri potest difficultati, utputa quod domi nõ habeat pecuniã nec creditorem inveniat ut ait *l.* 137. §. 4. *de V. O.* satis enim lucri captat creditor, cũ debitor propter difficultatem ab ipso debito nõ liberatur *d. l.* 137. *l.* 11. C. *si cert. pet.* § 2. *J. quib. mod. re. cont. obl. fac.*

l. 4. §. 1. de fideicomm. libert. Illo autem casu idem quod in priori hoc statuere durum esset, cum nunquam contraxissent, si re suâ carere, debitorem v. difficultatem (quæ ipso tempore contractus latere posset) excusare jus putaren', & certe, cum re emptor fruatur, æquissimum esse, eum usuras pretij pendere, dicit Jctus Ulp. *in l. 13. §. 20. de act empt.* nec quicquam de difficultate excipit, ut nobis etjam hanc esse justitiam: quæ suum cuiq; tribuit, ut ita faveatur difficultati, ut tamen alterius detrimentum non causetur *arg. l. 31. §. 1. depos.* videatur; Et hoc est quod dicit Jctus Venulejus, difficultatem ad incommodum promissoris non ad impedimentum stipulatoris pertinere *l. 137. §. 4 de V. O.* Sed manum de Tabula: Diutius hic inhærere prohibemur.

94. Progredimur itaq; post veram moræ constitutionem ad varios ejus effectus; qui tam ponderosi & graves, ut singularem requirant tractatum. Et quidem, ut præcipuus reputatur effectus, quod debitor **morosus periculum interitus** (ad quod tamē regulariter nemo tenetur *l. 6. l. 9. C. de pignor. act. l. 33. 37. 83 §. pen de V. O. l. 45. ff. de O. & A* cum res pereat suo domino; nisi forsan aliter convenerit *l. 1 C. commod. l. 1. § 35. ff. depositi.* vel quantitas, non tamen certa instar speciei *d. l. 37.* & genus aliquod, quod perire nequit, debeatur *l. 11. C. cert. pet. l. 30. §. 5. ad L. Falc.*) **sustinere debeat** *l. 5. de R. C. l. 13 24. 49 pr. l. 127 de V. O. l. 39. § 1 l. 108. § 11. de leg. 1. &c.* ita sanè intricata & diffusa, ipso fatente *Bachov. ad Tr V. 2. D. 3. th. 8 lit. A.* quomodo id accipi debeat, ut sit justum & tamen æquum (in quo genere plerumq; sub authoritate juris scientiæ pernicioſē errari conqueritur Celsus *in l. 91. §. 3. de V. O.* præsertim à Rabulis illis, Vulturibus togatis, qui generali aliquâ lege repertâ, se inauratâ statuâ dignos & inveniſſe quod pueri in faba, ut dici solet, gloriantur) concertatio Dd. Justū n. est omninò ne alteri mora nocumento sit *l. 173. d. R. J.* nec moratori prosit *l. 37. in fin. ff. mand.* hinc non modo si dolô *l 131. l. 150. de R. J. c. 36. de R. J. in 6.* vel culpâ *l. 91. §. 3. de V. O. l. 31. §. 12. de ædil edict. §. 2. inst. quib. mod re contrab. obl.* Sed etiam si post moram commissam Fatô res debita interierit vel deterior facta sit; illud damnum omne ad eum spectare jura diserte probant; Ex æquitate tamen, quam jure informatā ante oculos habere judex debeat *l. 41. de eo quod cert. loc.* ne summum jus fiat summa injuria, hoc ipsum temperandum, ratio suadet, & suadent alij textus juris. Hinc quotnam Doctorum limitationes & distinctiones non prodiêre? non secus ac quondam

Effectus moræ *qui multi & graves, ratione* I. *Periculi ac interit.*

ille Trojanis fatalis equus hominum armatorum ferax erat.

95. Communiter Dd. *in l.5.de R.C.* inter act. reales & personal: quod probat etiam *Bachov.d.l.* Alij inter morã ex re & ex personâ distinguunt, Alij tres casus cum *Duar.*. faciunt; alij cum *Cujac.& Gœd.* m.f. possessorẽ semper teneri, in b.f. possessore verò, etiamsi justam litigandi habuerit causam, distinguendũ putant; Alij aliter ut videre est apud *Gœd.in tr. de Contrah & comm.stip.* item *de V. S. Fachin. Hunn. Donell. Costal Hotom. Hackelm.& passim alibi.* Nos quid sentiamus ut breviter dicamus, b.f. possessori, qui justam habet litigandi causam *th* 86. cum propter metum hujus periculi non teneatur jus suum relinquere indefensum, nec moram fecisse dicatur, mortalitatem & interitum speciei imputari non debere, sed semper illum liberari *l.63.de R. J.l. 40. de her.pet.l 16.de R.V.* apertè volunt. In m. f. possessore (ad quẽ & eum meritò referimus, qui licet ab initio b.f. possessor fuerit, injustè tamen ad judicium provocat, post scientiam n. rei alienæ, quæ maximè est lite contestatâ, m.f. possessori æquiparatur *l. 48.§.1 de A.R. D.l.20.§.11. l 25. §.7. de hered. pet.* præsertim cum sciat se obtinere non posse *l.24.de Usur. l. 63. d.R. J.*) ita ex æquo & bonô se res habebit, ut tum demum morator liberetur, si res apud actorem, etiamsi confestim restituta fuisset, æque esset peritura. *l 14.in fin.depos.* Quod tunc maximè accidit, si forsan petitor rem distracturus non fuisset *l.15.in fin. d. R V.l.40. de hered. pet.l.47.§.ult.de leg.* 1. id autem ex certis indiciis & propriâ confessione contra asserentem præsumi poterit. Et hoc cum summam redoleat æquitatem, quæ non permittit plus petere & exigere petitorem, quàm habiturus, si res traditafuisset, nihil enim ipsius interest rem habuisse, cum & eodem modo peritura fuisset; si autem distracturus fuisset, pretium habuisset, quod ei alterius facto præripi non debet; nescio, an commodè tres illas actiones de vi, de metu, de furto, ab illâ distinctione, fueritne res peritura nec ne, cum *Cujac.ad l.23 de V O. Hotom. Gœd Hunn.& commun.ferè interpp.* arcere possimus. Licet enim hi improbiores possessores sint, nihil tamen aliud dicitur, quàm quod moram faciant, & hinc quemadmodum omnis morator, de interitu teneantur *l 46. ff. de Furt. Vid. th. 73.* imò contrarium, hanc se; distinct. adhibendam esse, svadet *l. 14.§. 11.in fine de eo quod met.caus. ibiq; Gothofr. lit. n.*

Modò idem apud Creditorem nõ accidisset.

Nec excipiuntur improbiores possessores.

II. *Æstimationis rei de*

96. Sed cum diximus, periculum interitus regulariter ad morosum debitorem redundare, ansa nobis datur, quam etiam, ne mutilæ & mancæ hæ nostræ sint theses, negligere haud possumus, immenso

menso & profundo æquori fragilem hunc nostrum fascelum immittendi. Si n. res prædictis casibus periit, vel deterior aut ratione valoris vilior facta, æstimatio in locum succedat necesse est *l. 39. §. 1. l. 53. §. §. de leg 1.* sed à quo tempore eâ ineunda? Dij Deæq; quot interpretum diversæ sententiæ! nec horum solummodò sed ipsorum etiam prudentum pugnis nobilitatæ, adeoq; diffusè, & involutè à Doctoribus pertractata hæc materia, ut etiam id agnoverit subtilissimus *Bachov ad Treutl. V. 1. D. 20 th. 13. lit. A.* item de *actionibus D 6. th. 24.* & penè juraverit sibi non liquere; Nullum enim esse hodiè vel judicem, vel Patronum, vel Jctum, qui non hæreat maneatq; suspensus, quoties tractatur hac de re dicit magn. ille *Cujac. 8. ad Afric. adl 37. mand.* idemq; fatetur *Duar. ad l. 11. de re jud.* ut vix doctissimus quisq; inde se possit explicare, teste *eod. Duar in tit. si cert. pet. c. 7. ad l. 22. de* R. C. Aliquid tamè ut & nos tentemus, hęc præmittenda duximus; Æstimationem dupliciter fieri, tàm ratione ipsius substantiæ & bonitatis intrinsecæ *l. 3. ff. de* R. C. vel certæ quantitatis in obligationem deductæ, quàm ratione æstimationis, quæ extra rei substantiam. Deinde diversa à Dd. tempora inspicienda proponi, quæ nos ad hæc reducimus, tempus constitutæ obligationis seu contractus, factæ solutionis, moræ, rei interitus, & rei judicatæ.

Libro, in qua ineunda.

Diversa sunt attendenda tempora.

97. Quibus præmissis firma nobis 1. stet regula: *Tempus contractus, licet in priori æstimatione concedatur, in posteriori tamen nunquam attendendum esse:* ita generaliter (non enim æstimatio sed ipsa res est in obligatione) cum *Dd. in l. 22 de* R. C. *Cujac. 8. ad Afric. ad l. 37. mand.* concludimus. Quid autem de solutionis tempore? Sanè si res ipsa debita solvatur, nihil difficultatis habet. Verum, incidunt sæpe tempora, quibus res plane dari nequit, vel quia aliena, vel quia deterior facta proponitur, ut necessariò ad æstimationem deveniendum sit; Hinc nobis 2 erit regula: *si citra moram solvitur, attenditur quoad æstimationem tempus solutionis.* Et in hoc nobiscum faciunt Dd. nec aliter possunt, cum enim contractus tempus non possit, uti diximus, spectari, neq; etiam moræ, quia ponimus debitorem sponte citra moram solvere, relinquitur omninò præsentis temporis rationem habendam esse; Nisi forsan quis generaliter eò casu, quo juste & probabilibus ex causis quis ad judiciũ provocat (nam nec tunc quis moram facit *th.* 86.) ad æstimationem rei, quæ non potest post sententiam præstari, nec tamen fataliter interiit, faciendam, in stricti juris judiciis tempus litis contest. in b. f. omne tempus rei judicandæ observari *ex l. 3. §. 2. ff. mand.* dicere malit.

1. Contractus. Reg. 1.

2. Solutionis. Reg. 2.

98. De-

V. Moræ 98. Devenimus ergò ad tempus **moræ**. Hic exserunt sese Dd. ingenia, hic dissensio, hic concertatio. Nobis, cum animus, pro posse, certis rem includere regulis, duo sunt considerandæ; Tempus vel terminus à quô, & tempus vel terminus ad quem; circa quæ ferè omnia prolixè à Dd. tradita occupata. De **tempore à quo** diversimodè censuerunt Dd. Plurimi n. inter ipsam moræ constitutionem distinguendum putant, & illi, quæ per extrajudicialem expressam interpellationem contrahitur, quoad æstimationem quanti plurimi res fuerit *l. 8 § 1. de cond. furt.* faciendam, effectum planè detrahunt, eamq; debitori nocere non debere valdè momentosis fundamentis, tàm Veteres *ad l. 22. de Reb. cred.* quàm Recentiores propugnarunt. Alij contrà mitigare rem conantur, & inter b. fidei & stricti jur. contractus distinguunt, ut in hisce, moræ per extrajudicialem interpellationem contractæ tempus nunquam, in illis semper, si b. fides suadeat, spectetur. Probatur etiam hoc ipsorum dogma per *leg. 3. §. 2 ff. commod. l. 21. § 3. de action. empt.* tàm plausibiliter, ut parum abfuerit, quò minus cum illis f. ceremus, nisi & in stricti juris judiciis, quandò de verâ æstimatione agitur, æquitas idè nobis, quod in b. f. judiciis, suggerat; ita ut *in d. l 3. §. 2.* tempus commissæ moræ extrajudic: minimè excluſum videatur, sed meritò exceptio illa, nisi antè moram fecerit, subaudiatur, monente *Cuj. ad l. 59. d. V. O.* cum ratio, quæ *in l 8. §. 1. l. pen ff. rer. amot.* cur res æstimetur quanti plurimi unquã, quoniam fc. fur in perpetuâ morâ, si cõcludere debeat, necessariò efficiat, in aliis quoq; actionibus, ubi de æstimatione tractatur, moræ habendam esse rationem, ut rectè tradit *Bachov. de act. disp 4 th. 20. in fine.* imò si verum, quod ex tacitâ diei interpellatione æstimatio inchoare possit, ut fateri necesse habent *l. 22. de R. C. l. ult. de condict. tritic. l 59. de V. O.* consequens erit, idem magis obtinere in expressâ, ne ejus vis & efficacia minor quàm tacitæ *per jura vulg. apud Everh in Top.* Quod velle etiam videtur *l. pen. de Condict. tritic.* quæ *in fin.* generaliter moram inspiciendam svadet, ut ita verbum petitionis *in l. 22. d. R. C.* etiam ad extrajudicialem petitionem probabiliter extendi possit *Lindem. tr. de mut. c 3. th. 32.* Quare cum *Cujac. & ad Afric. ad l. 37. mand. Hunn. ad Treut. V. 1. D. 18. th. 13. lit. B.* & communi ferè Dd. Scholâ 3. nostram regulam facimus *semper in quacunq; obligatione ex eô tempore, quô committitur mora (qualiscunq; etiam sit, sive ex Re sive ex personâ, & vel judicialis vel extrajudicialis) æstimationem rei petitæ quanti plurimi, metiendam esse.*

Terminus à quo.

Reg. 3.

99. Et

99. Et hæc quidem de terminô à quô; In Terminô ad Quem, quomodo fieri debeat æstimatio, itidem prolixè & graviter dissentiunt Dd. In b. f. judiciis tempus sententiæ, in stricti Juris litis tantum contestatæ tempus, tanquam duo puncta & extrema præcisè attendi, nec crescente pretio rei æstimationè ulterius crescere volunt *l. 3. §. 2. ff. commod.* Quod utut satis specioſè probent, & noviss. *Bach.* nobis tamen contrariũ *per l. pen. de condict. Tritic.* magis probatur: Qui textus cum dissentientes malè semper habuit, diversas & varias ad illum commenti sint responsiones; Sed cum æquitas, à qua nostram sententiam alienam esse putat *Duar. ad l. 11. de Re Jud.* suadeat, ut debitor morosus, vel ipsam rem, quæ est in obligatione, præstet, vel in id quo pluris fuerit, condemnetur, idq; satis expressè *l. 8. §. 1. l. 13. de condict. furt. l. pen. ff. rer. amot.* velint, non dubitamus cum *Cujac. ad d. l. 59. de V. O. ex d. l. pen.* 4. nostram constituere regulam; *Semper æstimationem ineundam esse, quo res plurimi fuerit, usq; ad sententiã judicũ, nisi forte antè eam mors interceſſerit; tunc enim ulterius non debet æstimatio fieri*, quippè quæ nunquam crescit post rei interitum, ut ex *Bl. ad d. l. pen.* notat *Gothofr. lit. N.* idq; voluit summus Ictus *Cujac. d. loco in fine* omnia eleganter comprehendens; Ad tempus moræ, inquit, refertur æstimatio, si post moram depreciata fuerit; Ad tempus rei judicatæ, si post moram fuerit precioſior facta; Ad tempus mortis, si post moram interierit ante rem judicatam. *Terminus ad quem.* *Reg. 4. 4. Rei judicata.* *5. Interitus*

100. Sed quid, si dies obligationi fuerit adjecta? graviter hic iterum video dissentire juris Antistites: Non levia omninò sunt, quibus commun. defenditur, præcisè hic diem adjectam considerandam & ad eam æstimationem reducendam, etiamsi posteà, morâ cõmissâ, longe pluris res valuerit. Quod cum *Duar. Anton. Fabr. Borch. Hotõ.* & aliis defendit quòq; noster *Cujac. ad d. l. 59 de V. O. it. ad Afr. d. l.* cum, die appoſito, id videatur agi inter contrahentes, ut is solus dies spectetur, ac ita definita ac determinata sit æstimatio, quæ præstari vice rei debeat. Quod quidam & adeo verum putant, etiamsi post ejus lapsum creditor debitorẽ, ut solveret, interpellaverit, idq; *l. 22. de R. C. l. ult. de Condict Tritic. l. 59. de V. O. l. 11. de Re jud.* & alii textus Juris primò intuitu probare videntur. Attamen pace tantorũ virorũ, non videntur dd. *LL.* morã postmodum supervenientẽ excludere, ut pretium rei, quod accrevit post diem, fruſtratori potius, quàm creditori, qui hanc moram patitur, prosit contra *l. 37. §. 1. mand. l. 123. de Reg. Jurũ.* Nec enim uti iccircò dies à contrahentibus adjectus *Ubi æstimatio reducẽda si dies adjectus?*

jectus, ne ante eum peti possit, putandum, cum quasi ex consensu contrahentium operari, ne ulterius post moram possit ab eô recedi, cum nemo præsumatur facilè suo juri renunciare *jur. vulg.* id a. generaliter juris esse, æstimationem fieri post moram quo res plurimi fuit, *per l. 3. de cond. tritic. l. 8. §. 1. de condict. furt. th sup.* affirmavimus; Quare nolumus ab ibi traditis generalibus regulis propter hunc casum recedere *V id. Hunn. ad Treut. V. 1. disp. 18. th. 13. Quæst. 51. Giphan. ad d. l. 59.* Et hac nostra erit sententia de summa hac difficultate.

III. *Juramenti in litem, nô quidem affectionis sed veritatis.*

101. Priusquam autem inde discedamus, operæ pretium erit videre, quid sentiamus *de Ant. Fabr. 16. Conject. 1. & 3* & aliorum opinione; Num, re post moram extinctâ, juramentum affectionis locum habeat? Quod ut ut prolixè multis tàm in b. f. quàm stricti juris contractibus defendat *Faber*, eôq; inclinare videatur *W ef. in π. de in lit. jur. N 6.* pro ijsq; mirè faciat *l. 5. §. f. de in lit. jur.* cum tamen idipsum æquitate perspicue deficiatur, ut docet *Hillig. ad Donell. 26. com. 10. lit. A.* Quid enim durius & inhumanius, quàm eum qui nullius doli reus, imò etiam aliquandò culpæ expers, propter rei interitum fatalem (nam si dolò res intereat contrà sentio *l. 5. §. 3. d. tit.*) tantâ pœnâ plecti, ut in actoris arbitrio sit, in infinitum illius pretium, suamq; ad rem affectionem, æstimare, cum satis puniatur mora, quod æstimationem præstare cogatur, re insuper peditâ, abundè contra sufficiat actori, quod æstimationem veram consequatur, & quidem quanti plurimi fuit. *th supp.* cui, si citra moram res tradita fuisset, facilè ipsa quoq; potuisset perire, & si distraxisset, non pro affectione, sed verâ æstimatione pretium accepisset; Quare concludimus (cum propter culpam **non juretur in litem, quoad affectionem** *l. 4. §. f. l. 5. §. 3 d. tit.* **juramentum autem veritatis**, quanti &c. res extincta reverâ sit, **locum habere non negamus**; Etsi enim de specie certus sit judex, non tamen facilè de qualitate & bonitate, ut docet *Donell. d. loco.* adeò ut hinc etiam juramentum necessitatis *à Dd.* dicatur) nec in b. f. judiciis, nec stricti juris, si res casu fatali perierit, etsi dolô rei factum, ne citius restituatur, juramentum in litem, quoad affectionê, sed tantum quoad veritatem, locum habere, & ita *dict. l. 5. §. f. d. t.* accipiendam esse *fac. l. 9. d. tit. junct. l. 50. in princ. de furt. Hillig. d. loc.*

IV. *Fructuum, qui debentur.*

102. Properamus ad alios moræ effectus. Ubi de **fructuum restitutione**, uti diffusa nimis, ita contrà admodum necessaria est

est tractatio: Breviter nos ita censemus, considerandum esse, quænam actio intentetur; Si enim rei vindicatio instituitur, sive etiam actionem personalem movero, ad restitutionem ejus quod meum est, vel etiam aliquando fuit, fructus insimul hac actione venire indubitatum est *l. 44. de R. V. l. 5. 17. 22. C. eod. l. 113 de reg. jur. l. 3. C. de Condict. ex Lege l. 38. §. 1. cum sequent. ff. de Usur.* sive ea bonæ fidei sive stricti sit juris, restitutio enim fieri cum omni causâ debet *l. 22. l. 35. l. 75. l. 81. l. ult. de V. S. d. l. 38. §. 4. de Usur. §. 2. J. de off. jud.* præsertim si m. f. possessor, qui etiam percipiendos restituit *§. 36. J. de Rer. divis. d. §. 2 de off. jud. l. 62. §. 1. de rei vindicat.* b. f. possessor vero post litem demum contestatam eos refundere cogitur *l. 48 pr. ff. de A. R. D. l. 1. §. 1. C. de Hæred. petit. l. 4. §. 2. Fin. reg. d. l. 22. d. §. 2. J.* tunc enim quoad fructuum perceptionem, non vero quoad periculum interitus *th. 86.* fit m. f. possessor *l. 20 §. 11 l. 25 §. 7. ff. de Hæred. petit.* imò prædo *d. l. 25. §. 7 l. 31. § 3 d. tit.*

Ex Re nostrâ.

103. Sed aliud omnino erit, si act. personali petam id, quod meũ non fuit; tunc enim fructus regulariter, cum re debitâ, non debentur, *l. 78. §. f. de V. O.* Sed anne etiam post moram? non sanè absq; notabili distinctione; Jn b. f. judiciis, ubi laxior & uberior est judicis quoad hasce accessiones, quæ extra rem sunt, ex æquo & bono judicandi potestas, cum post quamcunq; commissam moram usuræ etiam veniant, quò minus fructus debeantur nullam video rationem *l. 17. §. 4. l. 32 §. 2. de Usur.* in stricti a. juris judiciis, cum ibi judex constrictiori formulæ, à qua ne latum quidem unguem recedere possit, addicatur, post illam demum moram, quæ per litis contestationem inducitur, ex æquitate, ut quale est, cum petitur, tale etiam detur, fructus deberi probant *l. 2. l. 38. §. 7. de Usur. vide Duar. ad tit. de naut. fœn. Rubr qui fruct. in restitut. veniant.* Quomodo autem percepti eo tempore, quod judicatis datur, veniant, *l. 3. princ. & §. 1. de Usur.* cum propriè huc non pertineat, relinquimus *Bacchov. de act. disp 6. th. 20.*

Ex Re nobis debitâ

Hoc casu subdistinct.

Q.

104. Illud magis ad moræ effectum facit, scire, quousq; ratio fructuum haberi debeat, si res petita post moram pereat? Æstimationem ejꝰ rei ad mortis usq; tempus redigendam suprà *thesi 99.* diximus; Hic vero meritò cum *Dn Arum disp. ad π. 8. Quæst. 6.* distinguimus; Vel sine dolô & culpâ possessoris, res post moram interiit, & sic ratio fructuum ad mortẽ usq; duntaxat haberi debet *l. pen. d. R V.* ulterius n. petitor ipse re frui non potuit. *arg. l. 62. §. 1. eodem*; Vel dolô & culpâ periit, & sic ratio fructuũ habebitur usq; ad tempꝰ sen-

Quousq; fructuum habenda ratio?

tentiæ *l.* 33. *d. tit.* Quæ distinctiõ ratione & æquitate non caret, cũ aliàs inter hos casus nulla esset differentia, ne ita absq; causâ cum doctiss. *Cujac.* 9. *observ.* 34. ad correctionem, pro, & ideo si dolo, substituendo, & ideo si sine dolo, confugere necesse habeamus.

V. Usurarum, quæ veniunt ex mora in judiciis b. fidei, non b. stricti juris.

105. Hisce jam missis deveniendum ad usurarum præstationem, quas vulgo interpretes fructus civiles vocant *Gœd ad l.* 121 *d. V. S.* & in b.f. judiciis fructuum vicem plene obtinent *l.* 34. *de Usur.* adeò ut à Tempore moræ statim debeantur *l.* 17. *§.* 3. *in fin l.* 32. §. 2. *ff. l.* 2. *l.* 13. C. *de Usurìs cum pl. à Gothofr. concinatis* Sed in stricti juris judiciis diversimoda omninò est ratio. Non enim cum *Dd. apud Berlich.* 2. *concluſ.* 38. quos operosè defendit *Coraſ.* 2. *miſc.* 7. etiam hic, non quidem ex qualibet morâ, sed post litis contestationem cõtractâ, ut fructus *th.* 103. ita & usuras deberi, adstipulari possumus. Præterquam enim quod odiosæ, nõ etiam uti fructus, naturales sunt rei accessiones, se dex re alioquin suâ naturâ sterili producuntur, pecunia enim germinat pecuniam, quę tamẽ regulariter non est apta germinare ut loquuntur *Dd.* quippe quas non statim quis habiturus fuisset, si pecuniam litis contestatæ tempore accepisset, quẽadmodum fructus rei, qui percepti ipsis rebus accepto ferendi sunt *l.* 18 *§.* 2. *ad Sc. Trebell.* cum usuræ negotiationem vel novam aliquam obligationem requirant, *l.* 121. *de V.S.* ex quâ Dd. rectè concludunt, eum, qui ad fructus tenetur, non teneri ad usuras, hæ enim ex jure *l.* 62. *de R.V.* illi verò ex corpore ipso tanquam causâ (quam secundum *Cujac. in parat. de Usur.* nihil aliud hoc in tractatu putamus esse, quàm ejus rei quæ petitur, qualitatem, omnemq; utilitatem, quæ circa eam est) deveniunt. Unde merito concludimus, in stricti juris judiciis usuras, nisi per stipulationem promissæ, ex nullâ morâ (licet *de jur. Sax.* recentiori, daß auch ex mutuo à tempore moræ *s.* auff 100. an ſtat deß intereſſe den Gleubigern zugeſprochen werde) constitutum *Riem. dec* 9. *quæſt.* 6. idemq; de receſſibo *imp.* inductum putet. *Mejer. Colleg. Arg. de uſurìs*) ne quidem post litem contestatam deberi *l.* 1. C. *de condict. indeb. l.* 3. C. *de Usur. l.* 24 *ff de præscript. verb. l.* 22. *de donat. Duar. de Usur. cap.* 2. *Cujac.* 14. O. 22. *& passim in tract. ad Afr. Borch. Pac. Fab. Riem. & alij*; modò casus quosdam singulares, ut est quod ex oblicitatione operis Reipubl. usuræ post moram veniant *l.* 1. *pr ff. de pollic.* ex re judicatâ post quadrimestres inducias statim debeantur *l.* 2. *&* 3. C. *de Usur. rei iudic.* itidem in *l.* 1 C. *quib. ut indig. auf. ber.* &ſi qui sunt alij casus, *vid. supr. th.* 12. excepimus.

Excepti.

106. Illud autem minimè prætereundum, quod usuræ, cum de jure civili valdè odiosæ, licet quidem, sub certo tamen modô, permissæ *t.t. ff. & C. de Usur.* adeò, ut si ex die cessationis, graviores usuræ debeantur, ad legitimum redigantur modum *l. 9. l. 11. l. 7. in princ. de Usur.* De jure Canon. planè improbatæ, quippe quæ in lingua sacra, quod Hebræi docti observarunt, à morsu infaustum nomen habent ut *Nesech.* dicantur, quod videlicet tanquam vipera morsu suo hominem enecent *Rittersh. diff. Jur. civ. & Can. L 4. c. 11.* In Recessibus autem imperij certo respectu prohibitæ, ut etiam ab ipsis cameralibus ad usuras tantum mordaces restringantur, pro ut probat *Lindem. de mutuo cap. 3. th. 39.* Cum itaq; usuræ non utiq; favorabiles, expressè jure cautum, eas si sortem exsuperent, & usq; ad duplum, vel, ut nostri loquuntur, ad alterum tantum pertingant, desinere deberi *l. 10. C. d. t Nov. 121.* daß die Landüblichen Zinsen höher nicht/als das capital sich erstrecket/vnd biß die pensiones demselben gleich werden/abzutragen seyn / etiamsi particulatim usuræ quotannis sc. exsolutæ *d. N. 12. N. 13. Rittersh. in Expos Nov. p. 3. & 9.* Ita etiam Scabinos Jenenses sæpius tuliisse sententias. V. c vnd lest sich der Gläubiger mit dem altero tanto, vnangesehen die Zinsen particulariter gefallen/billig begnügen trad t *Dn Foman. p. m ordin. Jenens. in præl. publ. ad cap. 1. de Sent. & re judic quæst. 4.* Verum quid mora non operatur? Sane, si ex mora debitoris usuræ duplum excrescunt, absurdum esse, moram morosò debitori esse proficuam & benevolo Creditori noxiam *ex Joh Lupo de usur.* arbitratur *Lindem. d. l. th. 52. arg. l. 155. 173. de Reg juris c. 2. de Reg. juris in 6.* qui prædicta accipienda dicit, de Usuris puris in stipulationem deductis, sine mora debitoris cumulatis, vel sponte solutis. Quod maximè usu venit, si lis super sorte & usuris contestata, vel debitor in jus vocatus tergiversetur, & interim pecuniâ utatur, quo casu quis dixerit, usuras, quamvis lite pendente sortem æquaverint, desinere deberi? *l. 35. de Usur Zangerus. de Exception* Quare illo casu sententiam contra alterum tantum hoc modo: Dawider Beklagter sich mit dem altero tanto, daß die Zinsen das capital erreichet/ gestalten sachen nach/nicht zu behelffen/ V. R. W. *in d. Scab. Jenensi Anno 1615. mense Majo latam fuisse* me ex dicto *Dn Fom. p. m. hospite olim meo* audivisse adhuc recordor.

Usuræ sortem post moram exsuperantes non desinunt debere.

107. Et hæc quidem quamvis sufficere posse videantur, tamen ne ullô modo debitori sua prosit, Creditori vero alterius noceat mora, aliud salubertimum emplastrum, ut sc. ad id quod interest

VI. Interesse.

moram factam non esse, agi possit, jus nostrum, quo calumniantium & malè tergiversantium iniquitates per legitimos tramites expellerentur, introduxit. Ut autem hoc remedium in casibus superioribus, ubi fructus, nisi tantùm post litem contestatam, non veniunt, vel etiam usuræ planè post moram non debentur, imò in casibus, ubi ad fructus vel usuras agi nequit v.g. Si mora fiat in obligatione faciendi, maximè utile, ita generaliter propter quācunq; moram, ex quacunq; etiam causâ proveniat, ubi præter usuras & fructus, majus aliquod damnū, contemplatione etiam lucri, quod adipisci potuerim, ob moram commissam, ex hoc capite, quod interest, agi potest *l.13. ff. rem rat. hab. l.2. §. f. de eo quod cert. loc. l.3. §.1. comm. l. f. de pig. act. l.33. inf. loc. l.114. de O. V. l. un. C. de Sent. quæ pro eo quod int.* ita tamen, ut in casibus certis, duplum veri pretij non excedatur, in casibus autem incertis, ut cum obligatio in faciendo, ejq; æstimatio judicis arbitrio committatur, qui non quascunq; allegationes, sed damnum, quod reverà sentimus, spectabit *d. l. Vn.* licet *Wesenb. 2. cons. 110.* juramento omne tale interesse probare, quem posse doceat. Hæc autem, ut & alia, quæ circa hanc actionem observanda, quomodò damnum & lucrum (quod Donell. utilitatem quæ rem circumstitit, ei cohæret, & à re non divellitur, vocat, certum item ab incerto distinguit) veniat, ut nimis longum esset hic adjicere, ita & ab instituto nostrô alienum: Nobis, per indicem quasi quædam attigisse, satis hâc vice erit. Prolixè *Cujac. ad d. l. un. it. 8. ad Afric. ad l. 33. locat. Coras 3 misc. 13. n. 6. & seq. Geil. 2, O. 6. Dd. comm. ad d. l. un. ibiq; Gothofr. Treut. V. 2. D. 23. th. 4 ibiq; Hunn & Bacchov.*

Quatenus noceat mora principalis fidejussori?

108. Gravissimos diximus esse morę effectq, & hi nō tantū ipsum moratorem feriunt, sed etiā hæredē ejus, qui in virtutes & vitia, cōmoda & incōmoda defuncti succedit *l.11. C. de acq. post.* cumq; eo eadem est persona. N. *48. pr.* unde etiam *Bl. in c. licet a F. 26.* quod hæreditas possit in mora constitui, non facto ipsius hęredis, sed facto defuncti *fac pr. J. de stipul. serv. §. 4 J. d. hæred. instit. vid. th. sup. 42.* De Fidejussore magis dubitabatur, an ei Rei mora noceat? Et certè non immeritò, cum tantum accesserit & quasi alieno morbo laboret, nihilq; commodi, sed tantum incommodum sentiat; Contrà tamen fidejussores ab hominibus accipi, ut diligentius sibi cautum sit, dicit Imp. *in princip. Instit. de fidejuss.* Quare variis opinionibus inter scriptores certatum esse, quando per morā rei principalis, augeatur fidejussoris obligatio, testatur *Coras. 2, misc. 12.* Nos ne justo simus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73165806X/phys_0048
DFG

mus prolixiores, ita statuim9; Principalis moram fidejussori, quoad perpetuandam, cum aliàs interitu rei debitæ expiratura fuisset, nocere, *l. 88. d. V.O.* In hanc enim ipsam rem sese fidejussor obligavit, ut ita æquum, si reus per interitum non liberatur, ne fidejussor solutus sit, nisi forsan hic rem debitam antea obtulit, quæ postea interiit. *d. l. 88.* Quoad augendam verò obligationem, ratione usurarum & interesse actoris, nequaquam obesse. *l. 8. de eo quod cert. loc. l. 68 §. 1. l. f. de fidejuss. l. 173. d.* R. J. Cum enim effectus contractus se referat semper ad tempus obligationis contractæ, *arg. l. 69. de contrah. empt.* non videtur fidejussor in aliud se obligare voluisse, quàm in id, quod tempore fidejussionis in obligatione fuit; Nisi forsan in omnem causam interceserit *l. 54. ff. locat ibiq; Gothofr l. 5. C. d. pact. inter empt.* idq; Jure Lub. L. 3 *tit. 5.* §. 1. comprobatur: wird einer zum Bürgen gesetzet für Schuldt auff gewisse Zeit/ der Bürge muß auff dem Fall der nicht haltung die Schuldt bezahlen/ für den Schaden aber darff er nicht antworten/ sondern der Principal muß selben gelten vnd richtig machen/ es were denn ein anders außdrücklich placitirt vnd bedinget. Quod tamen non ita rigidè cum *Hunn. ad Treut. V. 1. D. 23 th. 5. q. 21.* accipimus, qs. id diserte exprimi oporteat, sed quod eo ipso, dum citra mentionem certæ quãtitatis & loci adjecti intercedit, in omnem causam interceßisse videatur; Quod maximè ita benignè interpretandum, ubi accesserit contractui b. fidei, ex quo descendens actio naturâ suâ admittit augmentum usurarum *d. l. 54. l. 2. §. 12. ff de adminiſt. rer. ad civit. pertin.* ut erudite monet *Bacchov. d. loc. lit. D. E.*

109. De duobus correis quid juris non est sanè expeditum: Sua cuiq; mora nocet, quod & in duobus reis promittendi observatur dicit Jctus Paulus in *l. 173. de R. I.* idem quoq; *in l. 32. §. pen. ff. de Usur.* Contrà verò, alterius factum alteri quoq; nocere, satis probat Pompon. *l. pen. ff. de duobus reis*, Variæ hic Dd. responsiones, quæ passim apud *Wesenb. in π. de duob. reis num. 8 Pet. Fabr. Phil. Math. & al. ad d. l. 173.* videri possunt. Speciosum quidem est, quod *Bacchov. ad Treut. V. 2. disp. 27. th. ult lit. F.* moram quoad effectum, qui est in præstatione usurarum, in bonæ fidei judiciis non nocere; quoad verò perpetuandam obligationem alteri obesse, putat. Verum cum posterius iniquissimum esset, si correus, propter moram sui correi, interitu rei debitæ fatali non liberaretur, sed adhuc teneretur, cum morâ à correo non commissâ, liberatus utiq; jam esset fatali interitu; *Quando Correo?*

Qua,

Quare non poterit nobis non placere distinctio *Donell. 16. com. 25. ibiq; Hillig.* ex ipsis legibus desumpta, inter moram & factum; Moram sc: tocii socio non nocere, tàm quoad usuras, fructus & interesse, quàm quoad liberationem, cum sine eâ futurum aliàs, ut is, qui moram ipse non fecit, interitu fatali liberaretur: Factum vero correi, quô effecit, ut res promissa vel extare, vel integra esse desineret, puta si animal promissum occidit vel debilitavit, correo omnino nocebit ad hoc, ne sese tanquam regulâ generali, interitu rei debitæ absq; suâ culpâ quemlibet liberari, quo minus conveniatur, defendere queat, quia absq; eo factô res esset, nec correus liberaretur: Tale itaq; factum neutri prodest, sed utriq; nocebit *d. l. pen.* ne eam de duobus reis sociis cum *Accurs. & Borch.* accipiamus, quod meritô propter generalitatem *d. l. pen. & l. 9. pr. eod. à Pet. Fabr. Philip. Math. Hillig. dict. loc. & aliis* improbatur.

MORA purgatur.

110. Restat jam dicere, quomodo quis hæc summa moræ incommoda effugere queat, quod in jure nostro purgare *l. 8. l. 14. de novat. l. 73. in f. de V. O.* emendare *l. 91. §. 3. de V. O.* moram, dicitur. *Bach. ad Tr. V 2 D. 3. th. 9. lit. A.* rei huic intricatæ, certis quibusdam distinctionibus, aliquid lucis afferre conatur; Dupliciter dicit morâ purgari, impropriè respectu temporis futuri, ut ne porro effectus, quos perfectos idè vocat, moræ currant, sc. sistendo cursum usurarum & fructuum; Propriè v. respectu temporis etiâ præteriti, ut perindè sit ac si mora nunquam interveniisset, quoad effectus etiam imperfectos, ut eos appellat, uti sunt, casus interitus ac interesse; Verum ut subtilissimo jure consulto sua hac in parte relinquamus, qui pro singulari suo genio hæc satis defendet. Nos veremur ne intricatiorem multo nobis rem faciamus, præsertim cum hi termini in jure nostro hic inusitati, idemq; *Bacchov.* multa passim præsupponat, quorum nobis suprà alia placuit opinio.

Id enim æquitas suadet.

111 Ut itaq; quantum fieri potest brevibus nos expediamus, cũ juris expediti sit, id cuivis permitti, quod ipsi quidem prosit, aliis vero nociturum non sit *arg. l. 2. §. 5. de Aq. pluv. arc. l. 38. de Evict. l. 2. C de prec. imp offer.* non potuit aliter jus nostrum, quod ars boni & æqui *l. 2. de just. & J.* quàm ut purgationem, cum fiat sine damno alterius, commodô autem ejus qui purgat, ex æquitate permittat, *l. 91. §. 3. de V. O.* moræ enim effectus ideo currere notum, quia cervicosus est debitor, cujus cunctatio unica moræ procreatrix; Quid ideo æquius, quam cessante hâc causâ, dum sc. quod debet, jam offert, ut quoq; effectus tam odiosos cessare dicamus, præsertim cum adhuc

adhuc in suspenso,& ita imperfecti sint ut placet *Bacchov. d. loc.* v. g. Res ob moram hanc nondum interierit vel deterior facta sit; Illi enim effectus, qui cursu moræ jam ante nobis quæsiti (secundum Bacchov. perfecti) purgatione hac postea subsecutâ non sistuntur *Bacchov. d. loc.* quippè quod nobis semel per moram quæsitum non poterit rursus aufferri *l.* 11. *de R. J.* nec quod factum pro infectô haberi potest *l.* 12. *§.* 2. *de Capt. & postlim. reverf.* Hinc si per annum nobis in eo, quod debetur, mora facta, quamvis postea offeratur, usuræ & fructus præteriti anni non tolluntur, licet in futurum suspendantur, atq; à periculô interitus ac interesse inposterum indemnes nos cõservet, quod placere etiã videtur *Cuj. ad l.* 84. *de V. O.* *Non autem quoad effectus præteritos sed tantum futuros.*

112. Sed ut propius accedamus, quousq; æquitas permittat moram purgari, controversi juris est articulus, & multarum opinionum ferax, sicut patet ex Dd. tam Vet. quam recentioribus *Cujac. Duar. Donell. ad l.* 84. *de V. O. Menoch.* 2. *de A. J. Q.* 7. qui septem diversas Dd. opiniones recensent. Qui in omnibus obligationibus tempus litis contestatæ spectandum esse putant, non dissimiliter facere, ac eos, qui ἐνὶ καλόπους πάντας ὑποδέχεσιν dicit *Duaren. ad d. l.* 84 *in fin.* cum ex varietate causarum magna juris varietas nascatur: Nos ordine pro posse progrediemur. Et quidem purgatur regulariter mora vel debitoris facto, vel creditoris voluntate. **Factum autem debitoris** tam in dando quam in faciendo consistit: Pro diversitate harum obligationum diversimodè jura cum Dd. purgationem admittunt. *Fit purgatio hac* *Vel Debitoris facto, quod consistit*

113. Et quidem in **obligationibus faciendi** quousq; purgatio à debitore admittenda, proficit sanè scire. Communiter ferè receptum, usq; ad litem contestatam, eam tantum admitti *l.* 84. *de V. O.* Nec sine causa; Nam cum in judicium postea venit id quod interest, ut pro facto jam pecunia præstetur *l.* 72. *pr. de V. O. l.* 13. *in f. de Re jud. l. f. Si quis in jus vocat.* fieri posset, ut creditori & actori magis cautum ac proficuum sit, pecuniam jam potius, quàm ipsum factum consequi, præsertim si tale sit factum, cujus utilitas jam post moram plane sublata V. g. Huc vel illuc ire, exequi mandatum &c. quod tunc proderat, nunc, cum non factum, non æquè, ut proinde quæsitum jam jus non possit debitor creditori invito auferre *l.* 11. *d. R. J. l* 5. *C. de O. & A.* Nec tamen poterit nobis displicere illud *Cujac. ad d. l.* 84 *in pr.* utrum is, cui factum promissum, ad interesse & pecuniam pro facto consequendam agat, an *Tàm in obligat. faciendi;*

 verò

verò destrictè factum adhuc petat, ut priori modo id obtineat quod modo dictum, posteriori vero debitor liberetur, etiam post litem cõtestatam factum præstando, quia non sit aliud petitum, quàm quod offertur, ut ita eò præstitò obligatio tollatur, multò magis autem mora, quoad effectus futuros § *ult. inst. de perp & temp. act.*

Sufficiat factum ante litis contestationem inchoatum esse.

114. Diximus, si ante litem contestatam factum offerat, debitorem moram purgare posse, sc. ne præcisè interesse peti, & factum ipsum, quod erat in obligatione, ab actore respui queat, licet morã admissam, pro damno præteriti temporis dato, non impunitam ferat, *l. 137. §. 3. de V. O. l. 21. §. f. l. seq. de recept. l. 8. si quis caut.* Quod tamen omne ad judicis cognitionem remittendum *l 135. §. 2. de V. O. l un. C. d. Sent. quæ pro eo quod int. th.* 111. Circa quod autem ut utile scire, ita non omnino constat, an sufficiat factum antè litem contestatam inchoatum esse, an vero perfectum requiratur, ut mora purgetur? Facile nos moverent, quæ eruditè, ut omnia, disputantur *à Dn. Arum. de morâ. cap. 9. n. 7.* perfectum videlicet requiri factum, quod probat etiam *Bacchov ad Tr. V. 2. D. 3 th. 9. lit. E. in fin.* nisi ipsa æquitas, quę causa hujo purgationis *l. 91. §. 3 d. V. O.* nobis persuaderet. *leg. 84. de V. O* secundum proprietatem verborum, à quo non facilè recedendum *jur. vulg.* de eo quod adhuc est in fieri, accipere, & ex eâ, sufficere ad purgationem moræ, si inceperit ædificare vel præparamenta comparaverit, aliosve sumptus ad factum perficiendum jam jam fecerit *l. 5. pr. de condict. causa dat. l. 1. §. 3. de pollicit.* non verò si ædificare tantum promittat, *Saport. de morâ cap. 4. n. 116.* cum Dd. magis comm. *ad d. l. 84.* concludere. Cum enim, ut suprà *th. 54.* voluimus, non ex re, sed per interpellationem mora hic fiat, contingere posset, ut hodiè interpelletur, paulo post judicium acciperetur, ut interea perfectum opus perfici nequaquam possit, & ita iniquissimum sit, illũ qui cœperit, moram vel modicam purgare non posse *fac. l. 137. §. 3 de V. O.* Nec sanè verendum cùm *Forcat p. 3. n. 9.* ne sæpius cum impostore sit agendum, qui opus ceptum postea identidem sisteret, & ita præbita esset debitori occasio eludendi creditorem ante litem cõtestatam, qui in jus vocatus, illicò inciperet molimentum insulæ, idq; areæ solius purgatione vel paucis saltem lateribus compositis *l. 1. §. 3. de pollicit.* Præterquam enim quod talis cunctatio ipsi moratori satis gravis erit, cum non præteritum interesse declinare possit *d. l. 137. §. 3.* Si etiam malitiosè desistet, ut lis de novo in judicio instituenda, non certè hic favor ipsius malitiæ patrocinari debebit, cum

cum merito amittat juris beneficia, qui se iis indignum reddit *jur. vulg.*

115. In obligatione dandi moram debitorem purgare posse, jura nostra ex æquitate concedunt, si debitum integrum oportuno loco & tempore creditori offerat *l. 17. de peric. & comm. rei vend. l. 73. § fl 91. § 3. de V. O. l. 72. § 1 de solut.* Sed quousq; id permittendum, valde disceptatum videmus, Plurimi enim celeberrimi Jcti, cum quibus etiam *Donel. Arum. Hun.* & hic litis contestationem terminum purgationis constituunt *l 1. de pen. leg l. 19. pr. quando dies legat. ced.* Verum quid *dd. ll.* pro illorum sententiâ facere possint, nondum video, cum *ex l. 24. quand. dies legat.* quid velint, magis pateſcat, hac videlicet facultate penũ vel nummos dare à testatore concessâ, post interpellationem contemptâ posterius & deberi & peti posse *d l. 24.* licet usq; ad litem contestatã, alterum offerendo, liberetur *d. l. 1. d. l 19.* de quibus *in th.* 117. Nos itaq; cum cõm. Dd. quos etiam sequuntur *Cujac. Duar. ad l. 84. de V O. Borch c. 7. de V O Bach. ad Tr. d. loc. th 9. lit. E.* indandi obligatione simplici morã, ad averten dos effectus subsequentes, interitus ac interesse, usq; ad sententiam purgari posse arbitramur *§. ult. J. de perp. & temp. act. l. 15 de dol. mal. & met. except. l 72. § 1 de solut.* nec n. nova hic per litis contestationẽ nascitur obligatio, novatur quidẽ per eam *l. 29. de Novat.* nõ a, in substantiâ, sed tantum in formâ, quod ex temporali fiat perpetua & transitoria in hæredes actio *l. ult. C. de præscript. 30. ann. Obrecht. tract. de lit. contest cap. 10. n 22. & seqq.*

Quàm in obligat. dandi.

Purã & simplici.

116. Et hoc quidem in obligat: puris simplicibus. Si autem vel pœnam vel tempus certum adjectum habent, hæc purgationis æquitas, ne alteri nociva, variè à Dd. temperatur. Nos ut ordine progrediamur, videbimus, quid juris, si obligationi adjecta sit dies. *Joh. Saport. de mora. c 4. n. 138 cum Forcat. p. 3. n. 12.* modicum tantum tempus ad purgandum hoc casu concedit *l 135. § 2. de V O.* Alij plurimi ex generali *Donel* sententiâ, ut in th præcedenti, ita & hic, usq; ad litem contestatam, non ulterius, admittunt purgationem. At cum dies adjecta, non quoad purgandam sed committendam moram, differentiam inter hanc & puram obligationẽ faciat, non possumus aliud jus hic, quàm in illâ agnoscere: Non ergò cum dissentientibus, ad litis contestationem purgationem illam coarctamus, quando *Lex 17 ff. de const. pecun.* quæ adeo *dissent. Hun. ad Tr. d. l.* movit, nequaquam de purgatione, ut putat, sed constitutio

In Diem.

tutione in morâ agat; utut etiam alij eâ de obligat: faciendi accipiant *Cujac. ad l. 84. de V.O. pr.* Multò minus modico tempori eam includimus, verũ ut th. superiori, ita & hic usq; ad sententiam ex crebriori Dd. sententia, eam tàm ratione usurarum, frùctuum, quàm periculi ac interesse futuri admittimus.

Sub pœnâ.

117. Accidit autem quam plurimum ut **obligationi puræ pœna adjiciatur**, quod fit ut magis partibus sit cautum. Ubi etiam interest scire quousq; purgatio locum habeat? Communiter Dd. litis contestationem hic tanquam terminum constituunt *l. 21. §. f. l. ult. ff. de recept l. 1. de penu legat. l. 19. quando dies legat. ced. l. 122. §. 2. d. V.O.* quod probat etiam *Bachov. ad Tr. d. loco lit. E.* Et rectè; Cum enim â stipulatore tempus expressum non est, judex incertitudinem & obscuritatem latius & benignius interpretari potest; cum eatenus adhuc pura tantum obligatio; Posteà verò pœna quoq; venit, quæ tanquam acquisita actori auferri nequit *per jur. vulg.* ita ut utrumq; quidem debeatur, sed alterutrum tantum præstetur *l. 4. §. 7. de dol. mal. except.* nisi expressè ita conventum, ut præter pœnam adhuc res ipsa debeatur *l. pen. de transact.* vel amplius quid in altero *arg. l. 41. pro soc. l. 28. de act. Empt* vide *Dn. Fransk. exercit. 11. q. 9.* Quandò autem ex pœnali stipulatione peti possit, vide distinct. *in th. sup 38.*

In Diem & sub pœnâ; Et tunc Purgatio non admittitur.

118. Quid autem si obligatio conjunctim **& diem & pœnam habeat?** Gravissimè hic *Joh. Sapott. de mora c. 4. N. 134. & seq.* disputans, Angeli & quorundam veterum interpretum sententiam, modicum hic tempus ad purgandam moram concedendũ esse, tuetur *l. 8. si quis caut.* nec tantum in b. f. ut quidam putant, sed & stricti juris contractibus id admittendum arbitratur. Attamen cum stipulationem inter contrahentes ita placitam lex, concedendo spacium temporis, non possit immutare, nisi cum magnâ fraude stipulatoris, ut rectè ait *Gothofr. ad l. 47. lit. R. in fin d. act. empt.* Ubi enim hominis est provisio ibi cessat legis auxilium *l. f. C. d. pact. convent.* Nos communiora Dd. tàm veterum, quàm recentiorum *Cujac. 7. ad Afric in l. 23. de O & A. Duar. Donel. Giphan. ad l. 84. d. V.O.* tradita, neq; ante neq; post litem contestatam moram hic, quoad evitandam pœnam, purgari posse, de jure veriora arbitramur *l. 12. C. de contrab. stip. l. 23. pr. de recept. l. 23. de O. & A.* ne alioquin dies & pœna præscribantur frustrà *Cujac. d. loc.* Nec inter b. f. & stricti juris contractus cum *Bart & Jas* [illegible] ac sequitur *Gomes.*

Gomes de act. §. actionū (cū nihil in eluenda mora inter hos contractus interſit, ut monet *Saport. dict. loc.*) diſtinguendum cenſemus; cū qui non deterretur damno impendente ex pæna adveniente certa die appoſita, cenſeatur contumax adverſus legis minas, ipſa n. lex vult placita inter partes ſervari *l. 23. d. R. J. l. 1. pr. de conſt. pecun. l. 1. de pact.* quæ minimè obſcura, creditorem voluiſſe reo purgandæ moræ facultatem adimere; Nec etiam iniquum idipſum, cum jam diu antè certum diem adjectum ſibi in memoria habere debeat *dict. l. 12.* intra quem queat ſatis facere; Secus autem ſi non ſit in ipſius facultate & tamen promiſit factū in diem ſub pœnâ, quo caſu attendenda erit ſanctio *Juſtin. in l. 26. C de fidejuſſ.*

119. Et hæc quidem de die & pæna appoſita communiter fere recepta ſunt, quæ duo vincula ſatis arctè ligare partes ad ſtandum conventionibus & placitis videntur. Quid autem ſi conditio cum pœna obligationibus adjecta? Non committi hic ſtatim ſtipulationem pænalem, exiſtente conditione, vult cum Dd. maximè communib: *Bachov. ad Tr. V. 2. diſp. 3. th. 7. l. D. ſub fin.* Sed hoc ex ſuis præſuppoſitis, moram ſc. per eam non induci. Nos autem memores ſuperiorum *th. 48. & ſeq.* cum æq; conditionis ac diei adventu, moræ abſq; ulteriori interpellatione locum fecimus, non poſſumus hic aliter ſentire, quā morā hic commiſſam, quoad avertendam pænam, purgari non poſſe, cum ſatis in aprico, quam legem ſuis contractibus partes dare voluerint *l. 23. d. R. J.* quamq; interpellationem (non demum judicialem aut extrajudicialem expreſſam, quæ inſperatò ſæpè fieri poſſit, ſed tacitam diei vel conditionis, quæ longè antè ad ſatisfaciendum & ſe liberandum à pœna prævideri queat) ad inducendam novam pænalem obligationem, efficacem eſſe convenerit, ut ita lex, concedendo purgationem, jus jam quæſitum partibus invitis auferret, quod jura non permittunt, *l. 11. d. R. J. §. f. inſtit. de hù qui ſui vel alieni juris ibiq; Dd.* Sed tamen traditis in dictis *th. ſup.* certis limitationibus, modo nullum ſpacium, modo modicum adhuc indulgendum arbitramur.

Nec in obligat: ſub conditione & pœnâ.

120. Quæ omnia ita accepta volumus: Sive conditio, vel dies cum pœna expreſſè à contrahentibus adjecta, ut ſit quaſi quoddam extrinſecum, pendens ex ſolâ conventione, quod emendationem non habet; Sive etiam dies certus cum pœnâ à ll. adjectus, ne minus efficaciter lex in ſuis terminis ac conventio hominis operetur. Quo ſenſu etiam illud nimis generale Dd. Brocardicum quod refert *Gail. 2. Obſ. 19. num. 11.* quando à lege vel à ſtatuto cer-

Sive à contrahentib. ſive à LL. dies, conditio & pœna adjecta.

to certum tempus præfigitur, eò elapso moræ purgatio non admittitur, quia terminus legis est peremptorius, ne nostræ *th.* 116. contrarietur, meritò accipimus, ut sc. pœnam etiam quandam, si non expressam, tamen ad minimum tacitam in se contineat. Quales casus sunt notabiles, ut, si intra tempus legibus præfixum, quis jure protimiseos non utatur, postea non admittatur *Geil. dic. loc.* Idem juris in dilationibus & terminis probatoriis, qui pereunt actum, qui in assignato dilationis termino fieri debuit *Schurf. t. cons. 29. latè Card. Tusch. conclus. Pract. 65 lit. T.* quo aliquando litibus finis imponatur (Quamvis si jus partium deterius factum non sit, adhuc, licet terminus præterierit, probationibus locum esse velint *Dd. per l. 8. si quis caut.* idq; Scabin. Jen. pronunciando *Anno 1604. Mens. Novemb* secutum esse testatur *Dn. Arum* L. 1. *decis. 2 n. 16.* Hinc sæpissimè præfigendo termino, œna hæc de non amplius admittendo, expressè adjici solet, quo casu, ut judicij splēdor & firmitas conservetur, non facilè postmodum veniens auditur) Minus certè dubii habet, post decem dies sententiæ latæ, tanquam fatales, appellationē non admitti, *Auth. hodie* C. *de Appell.* Sic quoq; si intra tempus præstitutum investituram Vasall9 absq; gravi causa vel impedimento non petierit, feudo privatur *2. F. 24.* Item ob non solutum canonem vel pensionem post tempus ll. præfixum emphyteuta vel conductor expellitur *l. 2. C. de Jur. Emphyt. l. 54. §. 1. l. 56. locat. conduct. Vid. th. 53.* Quonodo autem posterius hoc de jure Canonico *c 4. ext. locat.* in Emphyteutâ ecclesiastico, oblatâ celeri satisfactione, mitigetur, notabiliter differit *Rittersh. lib. 3. diff. jur. Civil. & Can. c. 24.*

Casus sunt.

Sic nec admittitur purgatio, si ei renunciatum specialiter.

121. Cum itaq;, ut diximus, moræ purgatio ex æquitate promanet, consequens etiam erit, huic purgationi locum non dari, ubi id æquum non esse appareat, ut benè docet *Duar ad l. 84 d. V. O.* apparet a. id satis, si ipsi contrahentes, *ut th. sup. 118 & seqq. diximus*, adjiciendo diem & pœnam, quasi tacite ei renunciaverint. Quod magis omnino dixerimus, si **expressè ei renunciatum**, cum talis purgatio in debitoris favorem introducta, quod uti satis juris expediti *l. pen. C. de pact.* ita contrà, circa idem maximus nodus, num generalis illa renunciatio & clausula **womit ich mich aller vnd jeden rechtlichen Wolthaten/ Freyheiten/ Begnadung vnd beneficien begebe** / ad excludendam purgationem moræ sufficiat? id ex communi regulâ, quod generalis dispositio tantum valeat quo ad omnia, quantum operatur specialis quoad specialem enumerata *l. 79 pr. de leg. 3. l. 51. in fin. de Administ. tut.* pluribus probatur à Dd. Verum, cum hodiè maximus, circa haice formulas generales

Non in generali clausula.

nimiumq; præjudiciales, abusus, præsertim Notariorum, qui consuetudine magis, quàm certâ ratione aut consensu partium, eas apponunt *Gail. 2. Observ. 77. n. 6.* & renunciationes aliàs stricti juris sint, ut in iis non veniant, nisi quæ expressè & specificè dicta reperiantur *l. 89. §. 1. de solut. l. 35. de pact.* nec extendantur ad ea, de quibus non est cogitatum *l. 19. v. cæterum ff. de inoff. test. l. 9. de transact.* ut hoc casu ubi nondum commissa mora, nec de purgatione, utpote post demum subsequente, cogitatum dici possit; Nam ut eleganter *Henricus Bover. singul. 59. vers. Renunciatio n. 26.* Siquis renunciat vel remittit omne jus quod habet vel habere sperat, intelligitur ex causâ præsenti vel præteritâ, nõ de futuro, de quo cogitari non potuit; Quare ut concludamus, specialem omninò renunciationem, ad excludendum favorem, purgandi moram, cum *Dn Arum. d. loco cap. ult. n. 5.* requirimus.

122. Præterea, frustrà purgari moram, cum communi statuimus, **quando executio facta est ipso jure** à lege vel ab homine, *l. 35. de condict. indeb. l. 19. de legat 2.* Dum enim executione dissolvitur obligatio, nõ poterit aliqua facultas purgandi remanere, cum jam nihil amplius debeatur, cujus mora purgetur. Sed an stante Statuto, quod instrumentũ confessionatũ sive guarentigiatũ habeat executionem paratã, ac si lata esset sententia, nihilominus purgatio admittatur? magis dubitatum videmus; Plures quòs refert ac sequitur *Mich. Graff. L. 2. comm. opin. tit. 1. q. 16.* affirmativam propugnant: Nobis tamen cum *Dn. Arum. d. loc. n. 3* negativa verior videtur, Executio enim hic facta in instrumento, si purgatio concederetur, non produceret id, ad quod ordinatur, contra *l. 2. in fin de C. Jur. calum.* certum etiam, statuti dispositionem legem esse, *l. 9. de Just. & J. §. 1. inst. de J. N. G. & C.* ut ita à legibus factam executionem diximus respuere postea purgationem, ita & hic idem nobis verum videbitur, ne verba in instrumento otiosè absq; ministerio operandi, lege non prohibente, apposita videantur, *l. 1. quod met. caus. c. cum Papa 10. de priv. in 6. l. 1. §. 2. quod quisq; juris l. 5. §. 2. ne quis eum qui in jus vocatus l. 4. de Usur. Gomes. de act in pr. n. 8.*

Idem est si Executio jam facta.

Etiam in instrumento confessionato seu guarentigiato.

123. Et hi quidem præcipui sunt casus qui purgationem admittunt, qui tamen, si ipsa natura actus *th. supp.* vel summa æquitas *th.* 118. id non suadeat, non facile fingendi, cum aliàs **regulariter purgationem admittere æquissimum** *l. 91. §. 3. d. V O.* eaq; in legibus nostris, ut diximus, expresse approbata, ita ut judex eam admittere cogatur *princip. inst. de off. jud.* Non possumus ergo cum

Aliàs regulariter purgatio permissa

Ang.

Ang. Jaſ. & comm. Dd. in l. 84 d. V O. eo caſu eam excludere, ſi forſan ſtatuto caveatur, ut ſecundum rigorem juris cauſę decidantur. Uti n. apices juris judex, licet per quam durum quibuſdam videatur *l* 12. § 1 *qui & à quibus manumiſſi* ita magis ea quæ ſummè æqua in jure, attendere, & ſecundum ea proferre ſententiam tenetur *d. prin. inſt. de off. jud* Nec minus ſecundum rigorem juris profert ſententiam, ſi eam ita emittit, ut legibus & conſtitutionibus, tanquam jure ſcripto expreſſè cautum. Purgationem autem moræ regulariter permiſſam ipſo jure, ex ante traditis in aprico *Alc. 2. pareng. 11. Graſſ. d. loc.*

Etiamſi ſtatuto caveatur ut ſecūdum rigorem juris cauſæ decidantur.

124. Hinc quoq; non poſſumus cum *Jaſ. dict. loc.* facere, qui Judæis purgationem moræ denegat; Quod utut probet *Zaſius ad l. 84. d. V O.* & ſe caſum meminiſſe dicat *Frid. Tilem. diſp. π 2. th. 10. p poſt.* ubi & alios pro ſe allegat, neſcio tamen an juri noſtro ſatis conveniat. Licet enim non facile recipiendi; ubi tamen tolerantur, cum æq; ſecundum jus commune vivant *l. 8. C. de Judæis.* & diverſitas religionis in contractibus non attendatur *l. 9. C. d. tit.* nos itaq; cum eâ contra Judæos Chriſtianus utatur, ut æquitas ſervetur in ejuſmodi rebus profanis, non poſſumus illis hanc purgationum moræ, legibus, abſq; reſpectu perſonarū vel religionum, conceſſam denegare *Alc. d. loc. Arum. d. c. ult. n. 2.* magis enim communem eſſe ſententiam, ut Judæi dicantur de populo loci, quo ad hoc, ut vivant legibus ejus loci, dicit *Card. Tuſc pract concluſ 370. lit J n. 18.*

Nec etiam judæus excluditur.

125. Illud magis volunt Dd. purgationem tunc non eſſe admittendam, ſi debitum ſit jurato promiſſum, quod maxime *ex Bart.* probat *Iaſ. d. loc.* ob ſummam juramenti firmitatem *l. 41 C. de Tranſact.* quod etiam vim habeat ſpecialis renunciationis *cap. ex reſcript. de jurejur.* Ut a. id ipſum non inficiamur, quoad actus ipſius ſoliditatem, ne contraveniatur; Attamen cum purgando moram nihil faciat contra juramentum debitor, quoniam juravit ſolvere, & id nunc, cum moram purgat, præ ſe fert, & nihil aliud, quàm ſolutionē meditatur, nō dixerimus, juramentum ad hoc, ut purgatio moræ, quā ne quidem ex naturâ ſui inducit *th. 75.* impediretur, appoſitum eſſe, ne vinculum ſit iniquitatis *Cap. 1. v. quia vero d. jurejur. in 6.* & id quod æquum introduxit, tollat.

Licet quoq; juratum ſit debitum.

126. Ex quibus etiam, quid ſentiamus de geminato actu, num moræ purgationem impediat? apparebit. Licet enim geminatæ promiſſionis maxima ſit efficacia circa confirmationem actus, cum magis conſtet de contrahentium voluntate, non tamen ad alia trahi pe

Vel geminata promiſſionis.

hi potest, ût moram inducat, *th.* 76. ne dicam ejus purgationem impediat. Sic quoq; quod eum qui sæpius interpellatus, à moræ purgatione submovendu cũ alleg. Dd. putat *Frid. Tilem. part. post. disp. π. 2. th.* 12. Quam communem ferè & consulendo *Rom consil.* 352. tenuisse dicit *Coras. 2. misc. 6. n.* 10. Nos cum textu vel concludenti ratione destituamur, cum *Coras. d. loc.* (licet tamen ab eo, unicam sufficere ad moram inducendam interpellationem *th.* 14. discessum fecerimus) non probamus. Nec quidem *Saportæ de mora c. 4. n.* 147. per omnia assentimur, tunc excludi purgationem, cum duplex sit mora commissa, sive *ut Coras. d. loc. n.* 11. loquitur, cum interpellatio facta sit non uniformis sed difformis seu diversæ speciei, i. e. altera ex die seu ex re, altera ab homine per interpellationem expressam, vel iterum altera extrajudicialis altera judicialis, puta, si post moram lis tamen contestetur, quod ipsum planè probat *Coras. d. loc.* Nos autem licet in obligationibus faciendi post litem contestatam non admittamq purgationem *th.* 113. Contrà tamen in cæteris, naturâ actus non reclamante, hanc geminatam moram non excludere purgationem, remur, cum absq; legibq & gravissimis moventibus rationibus ab æquitate recedendum nobis non videatur *arg.* N. *18. c. 5.*

Vel sæpius interpellatus debitor

Vel duplex mora difformis cõmissa.

127. Et hæc quidem præcipuè de debitoris facto. **Creditoris quoq; voluntate** purgari moram suprà *th.* 112. diximus. Quod sit efficacissimè vi & natura **novationis**, si aut præsente, re debitâ aut absente, eandem rem à debitore novandi animo stipulatus est *l.* 17. *d. cond. furt. l.* 29 *in fin. de V. O. l* 8. *de Novat.* Qua novatione cum vetus tollatur obligatio *l.* 1. *de novat. § 3. instit. quibus mod. toll obligat.* eidem conjuncta & connexa tolli consequens erit *c. accessorium de J. R in* 6. cum res jam nõ amplius ex veteri sed ex nova obligatione debeatur, modo stipulatio posterior pura sit; Si enim conditionalis, res maximam habet difficultatem; Nos ductore *Cujac. ad l.* 56. *in f. d. V. O.* distinguimus inter moram vel ante vel post conditionalem novationem seu delegationem, in purâ obligatione commissam. Hujus respectu, cum pura obligatio non tollatur, nisi existente demum conditione *l* 8. §. 1. *l.* 14. *de novat.* per pendentiam conditionis, à fatali rei debitæ interitu, debitorem antiquiorem non liberari *dict. l* 14. *l.* 56. § *f de V. O.* illius autem causa Jctos variasse primo intuitu videbatur; putamus tamen rursus distinguendum, num res purè debita tempore conditionalis novationis præsens fuerit, & quasi offeratur, ut tunc mora ante cõmissa purgetur, ne fatalem interitum sustinere necesse habeat *d. l.* 14. *in*

Vel Creditoris Voluntate: Novatione

fin. pr. l. 72. §. 1 d. solut. Num vero res tunc absens fuerit, quo casu, cũ oblata intelligi non possit, ab interitu rei debitor, qui moram hanc cõmisit, ut liberetur, purgari nequit *l. 31 pr. de nov.* quod ipsũ quoq; nõ obscurè probare videtur *l. 72. § 3. in verb. propter absentiã de solut. Cuj. d. loc. & in Papin ad l 17. de cond. furt. it. ad l. 29. in fin. de V. O.*

Remissione

128. Porrò creditoris voluntate mora commissa purgatur remissione, si videlicet pactus fuerit debitor ne ob moram commissam teneatur. Conventio enim dat legem contractui *l. 23. de R. I.* & nemo facile prohibetur juri suo acquisito renunciare *l. pen. C. de pact. c. significasti de for. compet.* cum itaq; suprà *th.* 121. debitorem expressè posse purgationi sibi competenti renunciare dixerimus, nemo putabit creditorem non posse debitori hanc commissam moram condonare aut remittere. Quod ipsum tamen, ut & superius de novatione, in dubio, de effectu tantum moræ in futurũ tollendo, periculo scil. interitus avertendo, & cursu usurarũ inhibendo accipiendum esse eruditè monet *Bacch. ad Tr. V 2. disp. 3. th. 9. lit. B.*

Limitat:

Purgatâ morâ quo modo liberatio contingit?

129. Cum jam satis de debitoris mora disseruerimus, colophonem imponet illustris quæstio, utrum re debitâ post moram purgatam peremptâ, debitor ipso jure, an ope exceptionis liberetur? Illud cum Jas. & alijs veteribus simpliciter affirmare periculosum; hoc verò alij textus non permittunt. Distinguimus itaq; cum *Dn. Arum. c. 9. n. 10.* ut dissidentes leges, quantum fieri possit, in consonantiam reducamus, num certum aliquod corpus debeatur, num vero quantitas & genus sit in obligatione. Posteriori casu, cum id quod debetur non faciè perire queat *l. 11. C. si cert. pet.* si id debetur ex contractu b. fidei, post purgationẽ, ipso jure debitor à periculo interitus liberatur *l. 72. in fin. pr. de solut.* Si vero debeatur ex contractu stricti juris doli mali exceptione non ipso jure liberatur *d. l. 72. pr. l. 73. in f. d. V. O.* priori vero casu, cum certum corpus debetur, si post purgationem idipsum pereat, liberatio indistincte sive b. f. sive stricti juris sit contractus, ipso jure contingit *d. l. 72. in f. pr. l. 105. d. V. O.* Paulo aliter *Giphan. in explic. d. l. 73.* Quid a. sit ope exceptionis & quid ipso jure liberari *V. Bacchov. ad Tr. V. 2. disp. 29. th. 1 l. A. B. & K.*

Creditoris mora committitur

130. Tandem ad caput Bonæ spei, quòd est ultimum nostræ disp. pervenimus. Monet n. nos suprà *th* 16. 17. ut pauca quædam de creditoris morâ subjiciamus; Etsi n. omnis & unica propè de mora quæstio sit & versetur circa debitores, à quibus quod promptissimè acceperunt maximâ molestiâ recuperamus, ut, si quis quod debet, reddat, magna, secundum Comicum, sit habenda gratia

tia; Accidit tamen nonnunquam, ut & creditor supercilioſus, dives ac moroſus, miſerum ac promptum debitorem naſo adunco ſuſpendens, oblatum debitum accipere ſine cauſa recuſet: cujus faſtum cum maximè jus noſtrum, Ars æqui & boni *l. 1, de I. & I.* averſetur, non ſinit ejus modi factum debitori nocere, ſed ipſi, qui moram in accipiendo fecit.

131. Non a. tàm variè ac debitor, incurrit moram creditor, ſed tantum unico illo caſu, ſi ſc. debitum oblatum accipere recuſet *l. 72. pr. de ſolut.* Ne a. in illâ peccetur, ſciendum primò, nihil quidem in eo intereſſe, num ſolummodò ab ipſo debitore fiat oblatio, an ab alio: Nam & alius, ut pro alio ſolvere poteſt *pr. J. quib. mod tol. obl. & per jur. vulg.* ita & eum offerre poſſe nulli dubitamus. Nec n. hic quicquam quæritur principaliter debitori, ex quo in contrarium movetur *Donel. l. 16. comm. 13.* ſed tantum per conſequentiam, ſi ſc. creditor accipere abſq; cauſâ recuſet, ut rectè monet ejus Enucleator *Hillig. d. loc l. D.* Sed tamen illud neceſſe eſt, ut ipſi creditori non verò alij, nec etiam procuratori offeratur, quia nec is ex mandato creditoris recuſaret, ne itaq; ipſius factum creditori obſit æquiſſimum *fat. t. t.* C. *res int. alios act.* Ne autem creditoris abſentia debitori obſit, ſapienter proviſum, ut Magiſtratus interpelletur *l. 6. C. de uſur. vid. th. 69.*

Si debitum oblatum non recipiatur,

Offerri autem poteſt à quôcunq; nomine debitoris

Ipſi tantum modò Creditori

Quid ſi & abſit?

132. Sed & ne ipſi creditori inoportuna oblatio debitoris nocumēto ſit, requiritur omnino ut Oportuno loco & convenienti tēpore debitū offeratur *l. 39. de ſolut. l. 32. pr. de Uſr. We ſ. in π de ſolut: n. 5. Donel: 16. comm. 11:* Si n. contrà fiat, creditor juſtè debitū accipere recuſat & habetur qs. nunquam ipſi oblatum, cum perinde planè ſit aliquid non fieri vel non juſtè fieri *l. 16 qui ſatisd. cogant: cum ſim.*

Fieri etiam debet oblatio hac.

133. Eſt autem inoportunum tempus & locus vel ratione circumſtantiarum, quando ſc. in jus vocari nequit *Cujac. 8. ad Afric. in l. 39 de ſolut* ut ſi ſacra facienti creditori, vel cauſam apud Prætorem agenti, vel uxorem jam jam ſibi copulanti, vel funus familiare ducenti, juſtave mortuo facienti debitum obtrudat, *arg. l. 1. de in jus vocand.* aut ſi triſte aliquid nuncietur *l. 1 §: 2. de eo per quem fact.* puta mortuum eſſe filium propter quod numerationi adeſſe nequeat, vel etiam noctu offeratur *poſt Br. in l. 8 de fer. Briſſ. L. 1. de ſolut. Hill g. d. c. 1. l. c* quod omne meritò judicis arbitrio cum *Menoch. 2 A. J. Q. caſ. 2. 2. n. 31.* relinquimus: vel ratione perſonarū ſi ſc. eis, qui nondum ſunt ejus ætatis ut ipſis ſolvi poſſit, debitor debitum offerat, ut ſunt furioſi, infantes, pupilli, *l. 25. C de. admin. tut. S. f. J. quib. al. lic.* Vel etiam ratione conventionis,

Oportuno loco & tempore

Ratione circumſtantiarum

Ratione perſonarum

si alio loco, quàm quo dictum est, offeratur *l. 112. pr. d. V.O. l. 2. §. 7 & t.t d. eo quod cert. loco. l 9. C. d. solut. vid. th. 36.* cum enim in favorem creditoris locus adjici soleat, absurdum & injuriosum foret creditori, si ubivis solvere liceret debitori, ut rectè contra *Ant. Fab. 1. conject. 1.* disputat *Bacchov. ad Tr. V. 2. D 3 th. 9. l. C. D.*

Ratione conventionis,

134. Sed quid? an & inoportunum tempus, si ante diem obligationi adjectum oblatio fiat, ita ut creditor eam recusare justè queat? maximam meretur dubietatem, propter fundamenta quibo *Cujac. ad l 38 §. 16. d. V.O.* & alij non incelebres Jcti illud severè affirmant. Attamen si non expressè constet, diem gratia creditoris, quod rarò fit, adjectum, *l. 17. d. R. J. l 3. §. 3. de usur.* Contrariũ verius esse magni nominis viri optimè tradiderũt *p. rl. 18 pec. cõst: l. 70. l. 98. §. 4. de solut. l. 38 §. 16. l. 41. §. 1. l. 137. §. 2. d. V.O. Duar. Coras. ad d. l. 38. Donel. 16. comm. 11. ibiq; Hillig. Wes. in π. de solut. n. 5. Riem dec. 11. q. 9.*

Ante diem autem potest offerri debitum,

135. Et hæc quidem de oportunitate, quæ tamen non omninò sufficit, nisi simul res, uti convenit offeratur. Notissimi quippè est juris, volenti quidem *l. 17. C. de solut.* non verò invito *l. 2. §. 1. ff. de R C.* nec ignoranti *l. 50. ff. de solut.* aliam, quàm quę debetur, rem obtrudi posse, & ita sæpius responsum testatur *Dan. Moll. ad const. Elect. 22 p. 2. n 9.* nisi forsan planè in defectum, ad evitandam pœnam carceris, secundum *Nov 4. c 3. auth. hoc nisi C. de solut.* id admittatur. Quod fit cum hodiè bonis cedunt debitores, *t.t. ff & C. de ces. bon. cum affin tit.* extra hanc autem necessitatem res quæ debetur in re deterioratâ solvi vel offerri legaliter nequit, *l. 3. §. 1. ff. commod. l. 8. §. 1. de condict. furt. l 54. §. f. de hared. pet. l. 1. §. 16. ff. depos.* & nummi in aliâ monetâ, quàm quæ expressè convenit, oblati, absq; morâ non acceptantur *Ed: Monet. Ferd. 1. Aug. promulg. anno 1559. §. die jetz gemelte 12* Quamvis si nihil adjectum, unde intelligi possit de certâ specie reddendâ, æstimatio ejus in quâcunq; monetâ, (dummodo non reprobata *l. 24. §. 1. de pig. act.* vel exinde debitor damnum sentire posset, cõtra *l. 99. de solut. d §. die jetz gemelte*) rectè offerri posset *l. 65. §. 1. d. V.O. l. vn. C. de coll. arũ l. 94. §. 1. de solut.*

Id ipsum, tamẽ quod est in obligat: non aliud;

Nisi in defectum,

136. Porrò quomodo oblatio fieri debeat à debitore, ut creditor in morâ constituatur operæ pretium est videre. Communiter ferè interpretes obtulisse debitorem intelligunt, non cum pompoſâ verborum sermocinatione se paratum solvere dixerit, vel etiam sacco pecuniam ostenderit, sed cum realiter debitum numeraverit *Ias. in l. 112 de V.O. n. 8.* nisi forsan jã ante creditor declarasset debitori, se nolle recipere ex *gl. ad c. 11 de offic. ordin. Coras. Sc. Curiæ Tolosan. c. 57.* vel res ejus generis sit, ut creditori offerri nequeat v.g, sit immobilis, tunc n, verbalẽ tantũ oblationẽ sufficere dicunt *Duar. ad l. 9.*

Requiritq; oblatio hæc non realem numerationem.

Sol. matr. Coraſ. d. l. hanc q; cõmunem eſſe Dd ſententiã teſtatur *Borch. tr. de V. O c. 7 n. 65. & ſeq.* Verum cum nullâ lege Dd. ſententia confirmetur ut dicit *Dn. Arum. d. loc. c. 7 n 6.* non dubitamus cum eo & *Bacch. ad Tr. V. 2. D. 3 th. 9. l.* C. D. numerationem præciſè non requiri, ſed ſi pecunia præſens in ſacco offeratur, vel ita comparata, ut ſolvi faci è poſſit *l. 72. §. 3. in fin. de ſolut l. 4. §. 1. de eo quod cert. loc.* ſufficere, ut teſtatò debitor bonâ fide ſe paratum eſſe dicat ad ſolvẽdum *per l. 22. pr. d V O l. 9. d. ſolut. l. 3 §. 4. de act empt. l 5. C. de diſtract. pig. N. 90. c 2 ubi non ipſam numerationem factam, ſed debitorẽ paratũ fuiſſe ad ſolvendũ dicitur* affirmare, ita ut creditor, ſi injuſtè tergiverſetur, etiamſi ipſa numeratio ſubſecuta non ſit, nihilominꝰ tamen in morâ conſtituatur; Sibi enim imputet creditor, cum potuerit accipere, quod non acceperit? Quam rationem tamen ipſi diſſentientes admittunt in rebus immobilibus, ubi verbalem oblationem ſufficere concedunt, ut ita hic, ubi eadem militat ratio, rejici nequeat; Abſonum enim, ut debitor cogatur ſuâ cum moleſtiâ, nullo v. commodo creditoris ſacculum recludere, pecuniam numerare & deindè denuò ſignare, dicit *Arum d. l.* quem in totum ſequitur *Hillig. 16. comm. 13. lit. A.*

Sed ſufficit ſi b. f. ſe paratum ad ſolvendum dicat debitor,

137. Si itaq; oportuno loco & tempore, ut diximus, debitum offeratur, creditor a. nihilominus id recipere recuſet, quin moram incurrat, non dubitamus, & vix eſt ut excuſationem prætendere efficaciter queat, niſi forſan hanc ipſam, quod dicat, totum debitum non fuiſſe oblatum. Uti enim particularem ſolutionem, cum multa incommoda ſecum ferat *l. 3 ff. fam erciſc.* niſi ſpecialibus quibuſdã caſibus exceptis, (1.) ſi ita convenerit *l. 41. §. 1 de Uſur.* (2.) libertatis favor verſetur *l. 4. § 6. de ſtatu lib.* (3.) quæſtio ſit de penſionibus publicis *l. 4. C. de Coll fund patr.* (4) debitũ non liquidum *l. 21. de* R. C. *l. 8. Si pars hæred pet.* Vel (5) ſingulare privilegium Heredibus, Fidejuſſ. & tutoribus conceſſum id requirat *l. 85. §. 5. d. V. O. l. 1. §. 11. de tut. & rat. diſtr §. 2. J. de fidejuſſ.* regulariter (quicquid etiã *Coraſ. ad l. 2. §. 1. de V O n. 1. Dec. Alc. & noviſſ. Hunn.* prolixè contrà ex æquitate diſputẽt) invito creditori obtrudi poſſe pernegamꝰ *d. l. 41. §. 1. d. l. 4. §. 6.* cum aliàs minus hoc modo ſolvi extra dubium *l. 12. §. 1. de V. S. fac. l. 13. §. 8. de act. empt. l. 9. de pig. Hoen. cum al. Dd D. 17 q. 23. Riem. dec. 11. q. 8. Ungep: exercit. juſt. 12. q. 9. imo ipſe Coraſ. ſibi contrarius in Sc. Curiæ Toloſanæ d. c. 57. ubi ita ſenatũ placuiſſe ſe obſervaſſe ſcribit:* Ita nec conſequenter oblationem pro parte factam, cum pro ſolutione cedat *l. 72. pr. de ſolut.* ad liberandum debitorem à morâ, & creditorem moræ obnoxium redden-

Et totum quidem: particularis oblatio invito creditori obtrudi nequit;

Sortem cum usuris offerat necesse est,

dum sufficere putamus *text. expr. in l. 9. C. de solut.* Totum enim debitum unâ cum usuris offerendum, ut si vel minimum ex usuris desit, nulla ex parte liberetur *d. l. 41. §. 1 de usur l. ult. C deb vend pign. Donell ad l. 19. C. de Usur n. 10 & seq. Coras d l. c. 57.* ut tamen calculi, alteriusve facti error non obsit *Hillig. ad Donell. 16 comm. 13 lit. B.*

Oblationi autem tutius & efficacius adjungitur

138. Et hæc quidem sufficiunt ad creditorem in mora constituendum; interim tamē non negamus, posse etiā debitorem, si melius sibi consultū velit, imò tunc omninò etiā debere, testib9 præsentibus talem oblatam pecuniam deponere. *l. ult. C. debit. vend. pign.* Non n, iterum cum communi facere possumus, oblationem solam, uti in collatione publ. pēsionum *l. 1. C. de suscept.* sufficere ad hoc, ut debitor usuris conventis & periculo rei iplo jure liberetur *l 28. §. 1. de admin. tut. l. 1. §. f. l. 7. de Usur.* Licet enim textus *l. 11. C. de Usur.* quo moventur, solius oblationis mentionem faciat, novum tamen non putamus in jure, ut leges ex legib9 interpretationem & supplementum capiant. Satis enim clarè *l. 9 C. de solut.* oblationem solemniter fieri debere docet, illamq; solennitatem *l. 6. l. 19. C. de Usur. N. 91. c. 2.* præscribunt; ut scilicet testibus præsentibus offeratur, & si creditor accipere recuset, ne tamen intercipiatur & de toto debito oblato constet. obsignata (sacculo lino traiecto, signitq; non præcisē publicis, ut quidam volunt, sed privatis etiam amicorum, ut docet *Hillig: ad Donell: 16. comm: 14. l. A:* ceræ impressis *l. 1. §. 36. depos. l f: de L commiss Briss. de V. S.*) vel etiam in arcâ concluså obseratâ, clavibus licet retentis, ut rectiss. contra quosdam censet *Cuj: 8. ad Afr: in l 39. de solut.* in locū publ; ut sunt sacratissimæ ædes, tabularium urbis, *Cujac d. loc:* vel quem judex competens super eâ re aditus (quem se ipsum in depositarium eligere posse *l. 7. §. f: qui sat: cog:* ex Dd. tradit *Menoch: A. J. Q: cas. 232:* ubi tn. *in fine* ex Tiraquello judices admonet, ut abstineant, quantum fieri possit, ne aliquam de se suspicionem præbeant) demonstraverit, deponatur *d: l: 28: §. 1. d. l: 1 § f: d: l: 7.* ut res magis sit in tuto, & ne, si debitor eam penes se retineat, queratur creditor, non semper ejus copiam fuisse, debitorem eâ usum, vel si perierit, facto debitoris id contigisse, & sic lites ex litibus oriantur: Quę cum conjunctim ad pleniſſimè liberādum pro formâ essentiali requirantur, omnia adimpleri necesse est, nec sufficit alterutrum fieri *arg: l. 129. de V. O. Gail. 1. O. I. n. 36. 2 O. 19. n 17.* aliàs ab usuris & interitu rei pleniſſime debitor non liberatur *Borch. de Usur: c. 7. n 11: vid: Donell. d. loc.*

Vel obsignata,

In Locum publ. depositio.

Effectus moræ creditoris.

139. In morâ a. constituto creditore, maxima eum feriunt damna, & quidē quo majori cautione offertur, eo magis debitor à se omnia incommoda removet, inq; creditorem derivat. Si n, nudè tantum

offert *th.* 136. moram purgat commissam ac impedit; Hinc q; usurarum debitarum ex morâ, non per stipulationem promissarũ *th seq.* cursum sistit *l.* 122. §. 5. *de V. O.* mora n. ipsi amplius imputari nequit, licet respectu pupilli & ipsius tutoris, circa tutelæ restitutionem, etjam depositionem quis juste desideret *l.* 1. § *f. de Vsur l* 28. §. 1. *de admin. tut.* idq; puniendæ tutorum licentiæ causa, cum gratuitam integram ac abstinentem omni lucro fidem præstare debeant *Gothof. ad d. l* 1. § *f. lit: y.* quod tamen rursus in personâ heredis tutorum nõ admiseris, ibi n. manebit firma thesis nostra, nudam oblationem sistere cursum usurarum, ex morâ debitarum, *d. l.* 122. §. 5. si n. verum, ex solâ morâ tanquam causâ, eas provenire *th.* 105. consequens erit cessante eâ, effectus quoq; cessare *jur. vulg. apud Everh. in Top.* Porrò fatali omninò casu debitor per nudam, oblat. liberatur *l.* 72. *de solut. l.* 05. *de V. O.* ita ut nihil amplius, quàm dolum præstare cogatur *l.* 17: *de per: & comm. rei vend l.* 9. *solut: matr:* (non tamen licet debitori rẽ oblatam ac recusatam abjicere & pro derelicto habere, unâ vini dolearis venditi specie excep: â *l.* 1 §. *ult: de per: & comm: rei vend:* ut monet *Donel:* 16 *comm.* 14 *in fin.*) licet quidem maximam suspicionem contra se faciat, *th. sup in fin.* Sic quoq; per eam cõditio habetur pro impleta *l* 24. *de cond: & demonstr:* pœna non committitur *l.* 23. *in fin. de recept:* indeq; graviores usuræ in stipulat: deductę exigi nequeunt, si minores offerantur, de quib. ab initio convenit *l.* 9. C *de Vsur:* Libertas statim competit *l. ult:* C *de cond: infert:* à publ. debitis, si testato fiat, contingit liberatio *l.* 1. C. *de suscept* imò creditor periculum nõnunquam sustinet, p. si res arrestata statim, post præstitam & oblatã cautionem, non restituatur *Gail de arr imp c.* 13. *n.* 1. & propter hanc moram intereat; Unde etiam est, quod post dictam oblationem morator actor, qui eam non recipit, expensas necessarias refundere teneatur R. A: zu Regenspurg *de anno* 1594. §. was denn ferner.

Quoad nudam oblationem.

140. Et hæc quidem oblationem nudam efficere cum *Dd. & Cujac. 8. ad Afr. ad l.* 39 *de solut.* putamus; Cum a. sorte vel debito non liberet debitorem, si adhuc extet, sed iterum conveniri possit *l.* 127. *de V. O: junct: l.* 17. *de per. & comm. rei vend.* nec etiam usuris ex stipulatu debitis *l.* 19. C. *de Vsur. l.* 7. *ff eod:* vel ex morâ tùtoris proveni-entib. *th sup:* Quare ut plenissima subsequatur securitas, conducit maximè, ut ita offeratur ac deponatur, quemadmodum *LL.* satis clare præscribunt, nosq; *th.* 138. indicavimus; tunc n. omnimoda contingit liberatio, tàm à principali obligat: quàm ab omnibus quę eam comitantur, ut sunt Usuræ, pignora, fidejuss: mandat: & similes accessiones; Nudam n. oblationem efficere ut pignus liberetur & pigno-

quoad obsignat: & deposition.

gnoratitia actio detur *l.9 § f. l.20 §.2. de pign: act: Ant: Faber: 2°. err: pragm: 5*, nos nō possumus *per l.10 l.ult. C. eod:* probare: Et licet *Hillig. ad Donel: 16. comm: 13 lit. K.* putet, si oblata facta, antequam pignoratitia actio intentetur, eam ipsam confirmare oblationem; Nos tamen magis cum Dd: per *d. l.9. §. fin* excipimus factam oblationē in judicio, quæ tantum operatur, quantum depositio & obsignatio extra judicium *fac. l 30. de solut.* Sicq; in Camerâ judicatum ex *Rut. Ruland:* testatur *Hillig: d. loc:* Extra hunc casum a depositionem solemnem omnino requirimus cum *Dn. Arum c. 7. n. 7.* Et indè cum Antichresis sit mutuum pignus *l. 11 ff. de pign:* non probamus illud *Cujac: 8. ad Afr. d: loc:* nudam oblationem solvere antichresin, ut fructus creditor postea refundere teneatur *l: 11. C: de Usur.* cum *d. l. 11.* de oblatione in jure i.e. apud Prætorem factâ, si supplementum ex aliis ll. respuimus, meritò accipere possimus, ut docet *Arum d: loc.*

Quoad oblat: factam in judicio

Ex depositione datur creditori utilis, debitori directa depositi act. Si debitor rem depositam recipit, Nudæ tantū oblationis effectus perdurant.

141. *Depositione itaq; legitimè factâ, optimè sibi, ut dixi, prospicit debitor; Illud a. animadvertendum, ex eadem depositione creditori utilem depositi actionem adversus depositarium dari, debitori & directam depositi vel etiam in rem actionem, si id quod deposuit repetere velit* l.19. C. de Usur: l.1. §.17. depos: l 8. C. ad Exhib: l. ult: C. si un: ex pl: hered: *Quoties n. quis commendat vel deponit, ut restituatur alteri, toties ei qui dedit, directa, illi alteri utilis actio quæritur* Donel. 16: comm: 14. *Sed hoc posteriori casu, si ipse debitor rē depositam recipit, res in pristinum locum redit, creditoriq; pristina actio, non quidem directa, sed tantum utilis datur* d.l. 19 *quæ potest restitui ex sententia legis & æquitate, sublatâ liberationis causâ, ut tantū nudæ oblationis affectu perdurēt, ita utpòst reposcēti creditori, si nō solvatur, de novo mora fiat l.7. de usur.*

Purgatio moræ Creditoris

142 *Tandem ut receptui canamus, non quidem ut debitor, ita etiam creditor à morâ facilè excusatur* vid: th: 74. cum seqq: *cum nec difficultas, ut valetudo vel vis aliqua major, hic locum habeat* l.18. pr: de const: pecun: *ibiq;* Gothofr: lit: r. *Potest tamen creditor æquè ac debitor commissam moram purgare, si rursus congruo loco & tempore interpellet debitorem & se tunc paratum esse ostendat, quâ tamen in re opus esse ut judicem adeat, si ejus jussu pecunia deposita est, monet ex* Salic. Arum. c. 9. in fin. fac. l.1 §.36. depos. *purgat a. ad actionem conservandam intra modicum tempus juxta* leg. 135. §. 2. de V. O. *aliàs quoties tempore de novo debitum petere non prohibetur, ita aut si anteà ex Re mora orta fuerit postea interpellare necesse habeat, nec quidem extrajudic; sed judicialiter, ipsius n. factum actori tunc usq; ad tempus judicii nocebit, dicit Jctus Paulus* in l.17. ff. de const: pecun: vid: th: 116. *Et hoc est quod dicitur, posteriorem moram esse damnosam* l.17. ff. de per: & comm: rei vend. l.7 de Usur. *ut prior à posteriori absorbeatur, ut loquitur* Coras: Sc: curiæ Tolos. c. 57. in fin. *nisi forsan per moram creditoris actio vel debitum ipso jure sublatum; Ut in debito & pensione publica* l.1. C. de fuscept; *Libertate relicta l ult. de cond. insert. &c. ibi n. id ipsum redintegrari nequit. Tantum;*

Soli Deo Laus, Honor & Gloria,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73165806X/phys_0066
DFG

ERRATA, Quæ præter opinionem ex incuria & festinatione Typographi huic Disput. irrepserunt præcipua hæc sunt.

In proæm. lin. 1 lege *assolent* lin. 4. lege *impræsentiarum* lin. 20. leg. *chamæleon* lin. 31. leg. *excutiendo.*
th. 1. lin. 4. lege *legat*: lin. 9. lege *l. 10. n 9. C.*
th. 2. lin. 7. lege *n. 6. & seqq.* lin. 9. pro verb lege *vers.*
th. 6. lin. 1. lege *genitrix.*
th 7. lin. 6. lege *C. de legat.*
th. 13. lin. 10. pro eam lege *suam.*
th. 14. lin. 5. lege *numeris*
th. 21. lin. 5. pro illa lege *hæc propriè, illa impropriè*, it. lege, *O. 15.*
th. 22. lin. 7. pro regulã lege *regularem*
th. 24. lin. 3. post verb: *solvendi* adde *vel accipiendi*
th. 28. lin. 3. lege *sequuntur*, it: post th. 27. adde *& alii* lin. 4. lege *propugnant* it: lege *negativam.*
th. 31. lin. 2. lege *cessat.*
th. 32. lin. 6. lege *non facilè* lin. 9. post Arum: adde *c. 5.*
th. 34. lin. 6. lege *suadeat*
th. 36. lin. 7. post verb. in 6. adde *vel ubi debiti solutio constituta est.*
th. 39. pr. lege 39. lin. 3. pro aut lege *aut*
th. 41. lin. 12. lege *Videatur.*
th. 47. lin. 13. lege *n. 34. infin.*
th. 48. lin. 12 lege *effugere nequimus*
th. 53. lin. 13 in fin: lege *Vel*
th. 56. lin. 1. pro conjunct. lege *conjugis ascendentes masculi* lin. 3. pro e pone *u* lin. 4. lege *illos* pro Fulgos: lege *Cuman.* lin. 5. lege *juris prudentiæ* lin. 7. post n. 1. adde *scribat* lin. ult. pro d. l. *lege c. 4. pro n. 17. lege n. 18. infin.*
th. 57. lin. 17 pro trienniũ lege *biennium.*
th. 60. lin. 4. pro c. 3. lege *c. 1 & 3:*
th. 64. lin. 3. lege , *& alii.*
th. 67. lin. 6. lege *exuberantiam*
th. 72. lin. 4. lege *gestorum* lin. 7. lege §. 2.
th. 74. lin. 11. ad voc. fructus adde *vel augmentum* lin. 15. pro hic lege *is autem* lin. 19. pro l. 137. lege *l. 133. aliàs 173.* & in fin. th. omissa seqq. *nisi quis eam de percipiendis fructibus accipere velit, quod tamen uti durum & odiosum, ita planè divinatorium.*
th. 78. lin. 23. lege *planè.*
th. 79. lin. 4. leg. *n. 49.*
th. 85. lin. 7. lege. *l. 9. §. 1.*
th. 86. lin. 7. pro l. 27. lege 47. lin. pen. pro l. 73. lege 79.
th. 87. lin. pen. leg *lit. O.*
th. 92. lin. 6. lege *Satis*
th. 94. lin. 24. pro l. 41. lege *l. 4. §. 1.*
th. 95. lin. ult. pro de eo, lege *ff.*
th. 96. lin. 17 pro c. 7. lege *c. ult.*
th. 97 lin. pen. pro mand. lege *commod.*
th. 98. lin. 16. pro l. 21. lege *16.*
th. 100 lin. 5. lege *valuerit* lin. 17. pro cum lege *eum*

th. 101.

ERRATA

th. 101. lin 8. lege lit. B.
th. 109. lin. antepen. pro Borch. leg. *Bart:*
th. 110. lin. 7. lege *imperfectos* lin 10. lege *perfectos* lin. 11. lege, *jure vel juris.*
th. 113. lin. 15. lege *districtè*
th. 114. lin. 15. lege *à qua*
th. 118 lin. 17 pro Bart: lege *Bald.*
th. 121 lin 20. pro §. 1. lege *pr:*
th. 123, lin 1. lege *non admittunt.*
th. 124. lin. 18. pr. dele itaq;, & lege *nos, cum & eâ* lin. 9. lege *purgationem.*
th. 126. lin. 6. post vocem quod, adde, & post vocul. eum, adde *scil.* lin. 7. lege *submovendum esse,*
th. 134. lin. 7. pro l. 18 lege *l. 17. ff. de*
th. 136. lin. 5. lege *in sacco.*
th. 140. lin. 13 pro per, lege *propter*, lin. 15 post verb. intentetur omissa sunt seqq. *eam non facere, ut locus sit ejus exercendæ, quod si actio jam instituta sit,*
th. 141 lin. 10. lege, *effectus.*

Cætera benevolus lector facilè inter legendum Corriget.

ERRATA, Quæ præter opini… …ncuria & festina-
tione Typographi hui… …epserunt
præcipua h…

In proæm. lin. 1 lege *assolent* lin. 4. lege *impræsentiarum* lin. 20. leg. *chamæleon* lin. 31. leg. *excutiendo.*
th. 1. lin. 4. lege *legat*: lin. 9. lege *l. 10. n 9. C.*
th. 2. lin. 7. lege *n. 6. & seqq.* lin. 9. pro verb lege *vers.*
th. 6. lin. 1. lege *genitrix.*
th 7. lin. 6. lege *C. de legat.*
th. 13. lin. 10. pro eam lege *suam.*
th. 14. lin. 5. lege *numeris*
th. 21. lin. 5. pro illa lege *hæc propriè, illa impropriè*, it: lege, *O. 15.*
th. 22. lin. 7. pro regulã lege *regularem*
th. 24. lin. 3. post verb: *solvendi* adde *vel accipiendi*
th. 28. lin. 3. lege *sequuntur*, it: post th. 27. adde *& alii* lin. 4. lege *propugnant* it: lege *negativam.*
th. 31. lin. 2. lege *cessat.*
th. 32. lin. 6. lege *non facilè* lin. 9. post Arum: adde *c. 5.*
th. 34. lin. 6. lege *suadeat*
th. 36. lin. 7. post verb. in 6. adde *vel ubi debiti solutio constituta est.*
th. 39. pr. lege 39. lin. 3. pro aut lege *aut*
th. 41. lin. 12. lege *Videatur.*
th. 47. lin. 13. lege *n. 34. finin.*
th. 48. lin. 12 lege *effugere nequimus*
th. 53. lin. 13 in fin: lege *Vel*
th. 56. lin. 1. pro conjunct. lege *conjugis ascendentes masculi* lin. 3. pro e pone

…illos pro Fulgos: lege
…lege *juris prudentiæ* lin. 7.
…e *scribat* lin. ult. pro d. l.
…n. 17. *lege n. 18. infin.*
…o triennii lege *biennium.*
…to c. 3. lege *c. 1. & 3:*
…ge, *& alii.*
…ge *exuberantiam*
…ge *gestorum* lin. 7. lege
…voc. fructus adde *vel aug-*
…5. pro hic lege *is autem*
…137. lege *l. 133. aliàs 173.*
…omissa seqq. *nisi quis eam*
…*is fructibus accipere velit,*
…*uti durum & odiosum, ita*
…*orium.*
…ge *planè.*
…g. *n. 49.*
…e. *l. 9. §. 1.*
…o l. 27, lege 47. lin. per.
…e 79.
…leg *lit. O.*
…ge *Satis*
…pro l. 41. lege *l. 4. §. 1.*
…pro de eo, lege *ff.*
…ro c. 7. lege *c. ult.*
…pro mand: lege *commod.*
…ro l. 21. lege *16.*
…lege *valuerit* lin. 17. pro
…*im*

th: 101.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73165806X/phys_0071
DFG